Νυκτάλωψ λέγεται, ὅταν τὴν ἡμέραν ἀμβλυωπῶσι, τὴν δὲ νύκτα οἷον πρὸ λύχνων καλῶς ὁρῶσι· γίνεται δὲ

---

[1] » At in VV. LL. annotatur *παρέμπτωσιν* esse proprie medicis, cum humor aliquis in meatum, qui in oculum videndi facultatem defert vase vel rupto vel aperto incidit, ac eundem obturat."

duntur, bene vident. Fit autem propter imbecillitatem et parcitatem optici spiritus et adstringentia instillanda sunt. Sunt qui contra nyctalopa dicant quum noctu ante lychnos nihil omnino vident: quod fit densato spiritu optico: quapropter nonnulli instillant vel illiniunt succum porri cum melle.

Cap. XL.

De ectropio.

Ectropium est, quando palpebrae, imprimis inferioris, cartilago ex ulceratione in carnis molem excrevit: manu autem illi medentur.

Cap. XLI.

De hydatidibus.

Hydatis est, quum palpebra superior multum pinguedinis alens in volumen insigne adaucta oculos premit: fit hoc in pueris et resectione curatur.

Cap. XLII.

De hypopiis.

Hypopia sunt livores sub oculo, quum inferiores palpebrae nigrescunt, quod mulieribus maxime contingit. Curatur autem unguentorum diaphoreticorum ope et detergentibus.

δι' ἀσθένειαν καὶ ὀλιγότητα τοῦ ὀπτικοῦ πνεύματος καὶ δεῖ τοῖς στύφουσιν ἐγχυματίζειν. τινὲς δὲ λέγουσι τοὐναντίον νυκτάλῶπα ὅταν ἐν τῇ νυκτὶ πρὸ τῶν λύχνων μηδὲν ὅλως ὁρῶσιν· γίνεται δὲ τοῦτο παχυνομένου τοῦ ὀπτικοῦ πνεύματος. διὸ τινες ἐγχυματίζουσιν, ἤτοι ἐγχρίουσι χυλὸν πράσου μετὰ μέλιτος.

Κεφ. μ'.

Περὶ ἐκτροπίου.

Ἐκτρόπιόν ἐςιν, ὅταν ὁ ταρσὸς τοῦ βλεφάρου, μάλιςα τοῦ κάτω, ὑπὸ ἑλκώσεως ὑπερσαρκώσῃ· θεραπεύεται δὲ διὰ χειρουργίας.

Κεφ. μα'.

Περὶ ὑδατίδων.

Ὑδατίς ἐςιν, ὅταν τὸ ἄνω βλέφαρον πιμελὴν πολλὴν ὑποθρέψαν ὀγκωθῇ καὶ βαρῇ τοὺς ὀφθαλμούς· γίνεται δὲ παιδίοις καὶ θεραπεύεται διὰ χειρουργίας.

Κεφ. μβ'.

Περὶ ὑπωπίων.

Ὑπώπιά ἐςι τὰ πελιδνώματα τὰ ὑποκάτω τοῦ ὀφθαλμοῦ ὅταν μελαίνηται τὰ κάτω βλέφαρα, καὶ συμβαίνει μᾶλλον γυναιξί· θεραπεύεται δὲ διὰ χρισμάτων διαφορητικῶν καὶ σμηξιδίων.

INITIUM LIBRI QUARTI.

Cap. I.

De ozaenis.

Ozaenae fiunt intus circum nares e putredine et malo odore: multa ad illas remedia in formularum medicinalium collectionibus circumferuntur.

Cap. II.

De polypis.

Polypus fit intus in naribus; est prominens quidpiam et carnosa moles post ulcus: curatur resectione, spathula polypotomo, vel abscinditur fumiculi ope.

Cap. III.

De iis, quae auribus accidunt.

Fit interdum in aure inflammatio, quae ubi adest vehementer dolent et instillandum oxyrrhodinum vel collyrium chamomillae cum lacte: subinde fistula oritur et pus ex aure fluit: quo facto ceterum remediis ad aures veluti Hera trochisco similibusque curare oportet.

Cap. IV.

De aphthis.

Aphtha ulcusculum est in superficie linguae et oris totius, praecipue pueris subnascens, quum lac est iusto acrius; curatur simplici et adstringenti oris collutione, qualis est hydrorosatum.

ʼΑΡΧΗ ΤΟΥ ΤΕΤΑΡΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Κεφ. α'.

Περὶ ὀζαινῶν.

Ὄζαιναι γίνονται περὶ τὴν ῥῖνα ἔνδον ἐκ σήψεως καὶ δυσωδίας· φέρεται δὲ βοηθήματα περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς δυναμεροῖς πλεῖςα.

Κεφ. β'.

Περὶ πολύπων.

Πολύπους γίνεται ἐν τῇ ῥινὶ ἔσω ἐξοχάς τις καὶ ὑπερσάρκωμα ἐξ ἑλκώσεως· θεραπεύεται δὲ διὰ χειρουργίας τῷ πολυποτόμῳ σπαθίῳ, ἢ τῷ σπαρτίῳ πριζόμενα.

Κεφ. γ'.

Περὶ τῶν ἐν ὠτί.

Γίνεταί ποτε μὲν ἐν τῷ ὠτὶ φλεγμονὴ, ὅταν καὶ σφόδρα ὀδυνῶνται, καὶ δεῖ ἐγχυματίζειν ὀξυρόδινον ἢ τὸ διὰ χαμαιμήλου κολλούριον μετὰ γάλακτος, ποτὲ δὲ σύριγξ καὶ πυοῤῥοεῖ τὸ οὖς· καὶ χρὴ λοιπὸν τοῖς ὠτικοῖς οἷον τῷ Ἥρα τροχίσκῳ καὶ τοῖς ὁμοίοις θεραπεύειν.

Κεφ. δ'.

Περὶ ἄφθας.

Ἄφθα ἐςὶν ἕλκωσις ἐπιπόλαιος περὶ τὴν γλῶσσαν καὶ ὅλον τὸ ςόμα, μάλιςα ἐπὶ παιδίων γινομένη, ὅταν δριμύτερον ᾖ τὸ γάλα· θεραπεύεται δὲ διὰ ψιλοῦ καὶ ςυπτικοῦ κλύσματος ςοματικοῦ, οἷον ὑδροροσάτου.

Cap. V.

De gingivarum inflammatione.

Παρουλίς inflammatio est gingivarum; quidam scalpello ad palpebras abradunt et illiniunt emplastrum cum moris; usi sumus etiam collutione hydrorosato.

Cap. VI.

De antiade.

Antiades fiunt, quum glandulae prope fauces intumescunt et luxuriant. Curatur antiotomia, una glandula tumida resecta, ne se invicem frictione mutua laedant.

Cap VII.

De faucium inflammatione.

Paristhmia dicuntur glandulae in ore: quae si inflammantur, utimur emplastro cum moris parato et collutione hydrorosato.

Cap. VIII.

De inflammatione gurgulionis.

Gurgulio est pars, illa quae uvula audit: saepe haec inflammatur et gangraena tangitur, quo facto gurgulionem resecamus et corrodens remedium adhibemus. Novisse oportet quadrifariam (Graece) hanc partem vocari: *γαργαρεών*, gurgulio, quum secundum naturam sese habet; *σταφυλή*, uvula, quum pars infima inflammata uvam refert; *κίων* autem, columna, quum tota pars inflammata columnae instar intumuit; *ἱμάς*, lo-

Κεφ. ε'.

Περὶ παρουλίδος.

Παρουλίς ἐςι φλεγμονὴ τῶν οὔλων, τινὲς δὲ τῷ βλεφαροτόμῳ ἀποσχάζουσιν αὐτὰ καὶ διαχρίουσι τὴν διὰ μόρων καὶ κεχρήμεθα δὲ καὶ κλύσματι ὑδροροσάτῳ.

Κεφ. ς'.

Περὶ ἀντιάδων.

Ἀντιάδες γίνονται, ὅταν οἱ ἐγγὺς τῶν παρισθμίων ἀδένες ὀγκωθῶσι καὶ ὑπερσαρκωθῶσιν. Θεραπεύεται δὲ δι' ἀντιοτομίας, τεμνόντων τὴν μίαν ἀντιάδα, ἵνα μὴ περιτρίβωσιν ἀλλήλας.

Κεφ. ζ'.

Περὶ φλεγμονῆς παρισθμίων.

Παρίσθμια λέγονται οἱ ἀδένες οἱ ἐν τῷ ςόματι· ὅταν δὲ φλεγμαίνωσι τῇ διὰ μόρων κεχρήμεθα καὶ κλύσματι ὑδροροσάτῳ.

Κεφ. η'.

Περὶ φλεγμονῆς τοῦ γαργαρεῶνος.

Γαργαρεὼν ἐςιν, ὃ λέγεται ςαφυλή· πολλάκις οὖν φλεγμαίνει καὶ νεκροῦται, καὶ παραλαμβάνομεν τὴν ςαφυλοτομίαν, ἢ καίομεν ψυχρῷ καυτῆρι. Δεῖ οὖν εἰδέναι, ὅτι τετραχῶς λέγεται τὸ μόριον τοῦτο· γαργαρεὼν μὲν, ὅταν κατὰ φύσιν ἔχῃ· ςαφυλὴ δὲ, ὅταν φλεγμαίνῃ τὸ κάτω τοῦ μέρους καὶ παχυνθῇ ὥσπερ ςαφυλή· κίων δὲ, ὅταν ὅλον φλεγμαίνῃ καὶ παχυνθῇ ὥσπερ κίων· ἱμὰς δὲ,

rum, quum veluti lorum gracile factum est et extabuit. Ac semper fere gargarismatibus ad hos morbos utendum ex hydrorosato et cremore ptisanae, et lenticulae et rubi decoctis, idque genus aliis.

Cap. IX.

De coryza et catarrho.

Quando caput humore repletur, eumque in palatum demittit, catarrhus vocatur et homo raucedine afficitur: quum vero ad nares descendit coryza fit, ac, si calida causa est, quod defluit tenue est et calidum; sin contra frigida, crassum est et frigidum, et calida lavandus est et illiniendus oleo anethi.

Cap. X.

De synanche et parasynanche.

Angina (synanche) inflammatio est musculorum internorum pharyngis: pharynx autem internum oris cavum est.

Cap. XI.

De cynanche et paracynanche.

Cynanche inflammatio est musculorum internorum laryngis; larynx autem orificium est arteriae, quo spiritum ducimus et loquimur; morbi, qui in illis accidunt curatu sunt difficiles et ut plurimum lethales; dictum enim de quatuor his morbis in fine Prognostici, ubi monet Hippocrates: « anginae quidem omnes periculosae et citissime interimunt." Remedia vero ad quatuor hos morbos in omnibus medicinalium formularum collectionibus inveniuntur.

ὅταν λεπτυνθῇ καὶ τακῇ ὥσπερ ἱμὰς (τουτέστι λῶρος). καὶ δεῖ ἀεὶ σχεδὸν ἐπὶ αὐτῶν ἀναγαργαρισμοῖς χρῆσθαι δι' ὑδροροσάτου καὶ χυλοῦ πτισάνης καὶ ἀποζέματος φακοῦ καὶ βάτου καὶ τῶν τοιούτων.

Κεφ. θ'.

Περὶ κορύζης καὶ κατάῤῥου.

Ὅταν πληρωθῇ ἡ κεφαλὴ ὑγροῦ καὶ πέμψῃ εἰς τὴν ὑπερῴαν λέγεται κατάῤῥους καὶ γίνεται βραγχώδης· ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς τὰς ῥῖνας γίνεται κόρυζα καὶ εἰ μὲν ἐπὶ θερμῇ αἰτίᾳ, τὸ ῥέον κάτω λεπτὸν ἐςι καὶ θερμὸν, εἰ δὲ ἐπὶ ψυχρᾷ, παχὺ ἐςι καὶ ψυχρὸν, καὶ δεῖ λούειν ζεςῷ καὶ ἀλείφειν ἀνηθελαίῳ.

Κεφ. ι'.

Περὶ συνάγχης καὶ παρασυνάγχης.

Συνάγχη ἐςὶ φλεγμονὴ τῶν ἔνδον μυῶν τοῦ φάρυγγος· φάρυγξ δέ ἐςιν ἡ ἔσω κοιλότης τοῦ ςόματος.

Κεφ. ια'.

Περὶ κυνάγχης καὶ παρακυνάγχης.

Κυνάγχη ἐςὶ φλεγμονὴ τῶν ἔνδον μυῶν τοῦ λάρυγγος· λάρυγξ δέ ἐςι τὸ ςόμα τῆς ἀρτηρίας, ὅθεν ἀναπνέομεν καὶ φθεγγόμεθα· τὰ δὲ περὶ αὐτῶν πάθη δυσθεράπευτα καὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖσον θανάσιμα· εἴρηται γὰρ περὶ τῶν τεττάρων τούτων παθῶν ἐν τῷ πέρατι τοῦ προγνωςικοῦ, ἔνθα φησὶν Ἱπποκράτης· αἱ δὲ κυνάγχαι δειναὶ μὲν πᾶσαι καὶ τάχιςα ἀναιρέουσι. Βοηθήματα δὲ πρὸς ταῦτα τὰ τέτταρα πάθη ἐν πᾶσι τοῖς δυναμεροῖς φέρεται.

Cap. XII.

De difficili respiratione.

Difficilis respiratio dicitur omnis respiratio praeter naturam; fit autem in febribus aliisque morbis: quodsi ergo celer et crebra et magna fit respiratio multum calorem et sitim multam indicat: sin autem rara et lenta frigus denotat et calefaciendum est: sin vero crebra et magna delirium indicat: curatio in capite de dolore exposita est.

Cap. XIII.

De orthopnoea.

Orthopnoea est, ubi decumbentes spiritum ducere nequeunt, sed anguntur et suffocationis periculum est, quapropter sedentes vel stantes respirant: fit autem e pulmonis obturatione et praecipue illius bronchiorum: hos igitur balneo abstinere oportet et potionem cum calamintha aliaque huius generis secantia sumere: novi autem quosdam sulfuris ignem haud experti siliquas octo cum vino e vinaceis exhibentes.

Cap. XIV.

De Asthmate.

Asthmatici dicuntur, qui frequentius et cum stre-

---

1) *Λόγος* ille *ὀδύνης* in hoc Conspectu medicinae universae deficit: quare auctor hoc ex alio libro, unde sua hauserit, transposuisse videtur.

2) *Ῥυτόν* quid h. l. significet haud ita certum. Hesych. *ῥυτά· τὰ ςέμφυλα.* An igitur *ῥυτόν* h. l. *δευτερίαν* indi-

Κεφ. ιβ'.

Περὶ δυσπνοίας.

Δύσπνοια λέγεται πᾶσα παρὰ φύσιν ἀναπνοὴ, γίνεται δὲ ἐν πυρετοῖς καὶ ἐν ἄλλοις νοσήμασιν· ἀλλ' εἰ μὲν ταχεῖα καὶ πυκνὴ καὶ μεγάλη γίνεται ἡ ἀναπνοὴ σημαίνει πολλὴν θερμασίαν καὶ δίψαν· εἰ δὲ ἀραιὰ καὶ βραδεῖα, ψύξιν δηλοῖ καὶ δεῖ θερμᾶναι· εἰ δὲ πυκνὴ καὶ μεγάλη, παραφροσύνην δηλοῖ· εἴρηται δὲ ἡ θεραπεία [1] ἐν τῷ τῆς ὀδύνης λόγῳ.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ ὀρθοπνοίας.

Ὀρθόπνοιά ἐςιν, ὅταν μὴ δύνωνται ἀναπνεῖν ἀνακείμενοι, ἀλλ' ἄγχωνται καὶ κινδυνεύωσι πνιγῆναι, διὸ καθήμενοι ἢ ἱστάμενοι ἀναπνέουσι· τοῦτο δὲ γίνεται ἐπὶ ἐμφράξει τοῦ πνεύμονος καὶ μάλιςα τῶν τραχειῶν ἀρτηριῶν τῶν ἐν αὐτῷ· δεῖ οὖν τοὺς τοιούτους ἀπέχεσθαι λουτροῦ· λαμβάνειν δὲ τὴν διὰ καλαμίνθης καὶ τὰ τοιαῦτα τμητικά. Οἶδα δέ τινας θείου ἀπύρου παρέχοντας κεράτια ὀκτὼ μετὰ [2] ῥυτοῦ πίνειν.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ ἄσθματος.

Ἀσθματικοὶ λέγονται οἱ πυκνότερον ἀναπνέοντες καὶ

---

cat? Hanc certe opinionem quodammodo firmari dixerim Aretaei loco p. 86. vs. 1. Ed. Goup.: τὸ τῶν ῥυτέων πόμα: de potu aliquo accipiendum esse μετὰ ῥυτοῦ unicuique facile patet.

pitu quodam, qui κεγχνός dicitur, respirant. Fit hoc propter obstructionem pulmonis, ac praecipue asperarum in eo arteriarum, ut ait auctor in quarto Diagnostices libro; accidit Theophilo medico: curare autem illos oportet perinde ac orthopnoïcos.

Cap. XV.

De vocis defectu.

Vocis defectus locum obtinet in apoplexiis et caris, similibusque aliis et una cum istis morbis curatur. Fit autem praecipue ex perforatione corporis i. e. thoracis. Accidit enim interdum ut in bello quis vulnus in thoracem accipiat et foramen inde remaneat, per quod spiritus evadit nec vox fieri potest. At si quidem ab utroque latere vulneratus est, a dextro et sinistro vox extinguitur, sin ab altero tantum, dimidia superest: malum autem insanabile.

Cap. XVI.

De peripneumonia.

Peripneumonia pulmonis est inflammatio; qua laborantes et febricitant et difficulter spirant et in suffocationis periculo versantur. Praecipuum signum habent genarum ruborem: morbus autem perniciem adfert: neque enim medicamen obferri sinit, quum

---

1) Respicit historiam Galenum inter et Antipatrum, quae legitur in fine lib. IV. *de locis affectis:* de Theophilo ibi nihil, quod sciam; quare ista συμβέβηκε — ἰατρῷ habeam pro notula, olim adscripta, deinde in textum invecta.

μετὰ ψόφου τινὸς, ὃς ψόφος λέγεται κερχνός· γίνεται δὲ τοῦτο δι' ἔμφραξιν τοῦ πνεύμονος καὶ μάλιϛα τῶν τραχειῶν ἀρτηριῶν τῶν ἐν αὐτῷ. ὥς φησιν ὁ συγγραφεὺς ἐν τῷ τετάρτῳ τῆς διαγνωϛικῆς· συμβέβηκε [1] Θεοφίλῳ τῷ ἰατρῷ. θεραπεύειν δὲ δεῖ ὡς τοὺς ὀρθοπνοϊκούς.

Κεφ. ιε'.

Περὶ ἀφωνίας.

Ἀφωνία γίνεται ἐν ταῖς ἀποπληξίαις καὶ κάροις καὶ τοῖς τοιούτοις, καὶ συνθεραπεύεται τοῖς εἰρημένοις πάθεσι· γίνεται δὲ ἐξαιρέτως διὰ σύντρησιν τοῦ σώματος, ἤτοι τοῦ θώρακος· ἔστι γὰρ ὅτε τις τιτρώσκεται ἐν τῷ πολέμῳ κατὰ τὸν θώρακα καὶ μένει ὀπὴ, κἀκεῖθεν ἐξέρχεται τὸ πνεῦμα καὶ οὐ γίνεται φωνή. ἀλλ' εἰ μὲν ἐκ τῶν δύο μερῶν τρωθῇ, τοῦ δεξιοῦ καὶ τοῦ ἀριϛεροῦ, γίνεται ἄφωνος· εἰ δὲ ἐκ τοῦ ἑνὸς γίνεται ἡμίφωνος, ἔστι δὲ τὸ πάθος ἀνίατον.

Κεφ. ιϛ'.

Περὶ περιπνευμονίας.

Περιπνευμονία ἐϛὶ φλεγμονὴ τοῦ πνεύμονος· οἱ δὲ τοιοῦτοι καὶ πυρέττουσι καὶ δυσπνοοῦσι καὶ κινδυνεύουσι πνιγῆναι· ἐξαίρετον δὲ σημεῖον ἔχουσι τὸ τὰ μῆλα τοῦ προσώπου ἐρυθρὰ εἶναι· ἔστι δὲ ὀλέθριον τὸ πάθος, [2] οὔτε γὰρ προσενέγκαι βοήθημα δυνατὸν, οὐ γὰρ μένει

2) En praestantem medicum! praeclarum scilicet praeceptum peripneumoniam φύσει παραχωρεῖν! Sed respicere videtur ad id, quod habet GALENUS de ulceribus pulmonum V. 8. *de Meth. Med.*

hocce nec perduret prae respirationis motu: naturae igitur permittendus.

Cap. XVII.

De phthisi, vel tabe.

Phthisis ulcus est in pulmone coniuncta cum marcore et gracilitate totius corporis: signa habet praecipua, ungues illorum aduncos fieri, i. e. longiores et magis incurvos sicuti aquilae vel vulturis: signum est etiam tussis et sputatio puris sanguinei et spumantis ex ipsa pulmonis substantia corrosa: interdum bronchia putrescentia educunt: malum curandum nutrientibus, lacte asinino aut muliebri et alimentis boni succi. v. c. testes gallorum maxime illis prosunt, vel esdra et theriace, dum modo iuvari possent: malum enim sanationem non admittit.

Cap. XVIII.

De sanguinis sputatione.

Sanguis e multis locis educitur: interdum enim vomitu redditur et morbus hepatis est perniciem adferens: interdum tussi; ac siquidem spumosus et albus est, vel flavus, e pulmone prodit: sin niger e septo transverso: in his affectionibus prorsus abstinendum est balneis et vino et exhibendus trochiscus cum corallio, vel remedium, quod cum rubi succo paratur, vel symphytum cum bolo armenio; quibus si nihil proficias vena secanda vel cucurbitae sanguinolentae adplicandae, si vires sinant.

---

1) Σφαιροτομῶ, quod in Lexicis desideratur, nil aliud si-

ἐν τῷ κινεῖσθαι τὸ πνεῦμα· δεῖ οὖν τῇ φύσει ταῦτα παραχωρεῖν.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ φθίσεως, (ἤτοι φθορᾶς).

Φθίσις ἐςὶν ἕλκος ἐν τῷ πνεύμονι μετὰ συντήξεως καὶ λεπτύνσεως ὅλου τοῦ σώματος· σημεῖα δὲ ἔχει ἐξαιρέτως μὲν τὸ γρυποῦσθαι τοὺς ὄνυχας αὐτῶν, (τουτέςι τὸ μακροτέρους γίνεσθαι καὶ κυρτοτέρους ὥσπερ ἀετοῦ ἢ γυπός)· ἔστι δὲ καὶ τὸ βήσσειν καὶ ἀνάγειν αἱματῶδες πῦον καὶ ἀφρῶδες ἐξ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ πνεύμονος διαβιβρωσκομένης· ἔςι δὲ ὅτε βρόγχον ἀνάγουσι σηπόμενον. τοῦτο δὲ ὄνειον γάλα ἢ γυναικεῖον δεῖ τρέφειν καὶ τὰ εὔχυμα, οἷον ὄρχεις ἀλεκτρυόνων, ὠφελεῖ αὐτοὺς τὰ μέγιςα, ἢ ἔσδρα καὶ ἡ θηριακὴ, εἰ ἄρα δύναιντο ὠφεληθῆναι· ἀνίατον γάρ ἐςι τὸ πάθος.

Κεφ. ιη'.

Περὶ αἵματος ἀναγωγῆς.

Τὸ αἷμα ἐκ πολλῶν τόπων ἀνάγεται· ἔςι γὰρ ὅτε ἐμεῖται καὶ ἐστι τὸ πάθος τοῦ ἥπατος ὀλέθριον· ἔςι δὲ ὅτε καὶ βήττεται· καὶ εἰ μὲν ἀφρῶδες καὶ λευκὸν εἴη (ἤτοι ξανθὸν) ἐκ τοῦ πνευμονός ἐςιν· εἰ δὲ μέλαν, ἐκ τοῦ διαφράγματος, καὶ δεῖ ἐπὶ τούτων ἀπέχεσθαι τῶν λουτρῶν παντελῶς καὶ οἴνου, καὶ διδόναι τὸν διὰ κοραλλίου τροχίσκον, ἢ τὸ διὰ χυλοῦ βάτου, ἢ σύμφυτον μετὰ ἀρμενίου βόλου, εἰ δὲ μηδὲν δράσεις, φλεβοτόμησον ἢ [1] σφαιροτόμησον, εἴπερ ἰσχύει.

---

gnificare posse h. l. videtur quam σίκυα προσβάλλειν, seu potius ἐγχαράσσειν.

Cap. XIX.

De pleuritide.

Pleuritis inflammatio est membranae costas intus succingentis et investientis. Signa autem pleuritidis, quae dicuntur a dogmaticis pathognomonica, quatuor sunt numero: tussis, difficilis respiratio, febris acuta, dolor punctorius: est autem dolor punctorius, quasi lapillus in aquam iniectus circulum facit perpetuo increscentem et a centro fugientem. Et initio quidem decoctis uti oportet hyssopi, glycyrrhizae, similibusque, extusque in latere fomentis et sacculis: interdum venam quoque secamus: temporis tractu tenuem victus rationem instituimus ptisana v. c. utentes.

---

1) Illud ὑπειληφότος animum advertit. MS. ὑπειληφώτος, quod nunc non curo: sed interdum in hoc vocabulo fluctuatur. Theophil. Protospath. *de C. H. Fabrica* in *Bibl. Gr.* Fabricii p. 845. διά τινος χιτῶνος ὑπαλείφοντος αὐτὰ ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν. p. 851. ὑποτέταται γὰρ ὁ ὑπεζωκὼς ἐν ἅπαντι τῷ κύτει τοῦ θώρακος ἔνδον ὑπαλείφων αὐτόν. p. 871. ὑπείληφε (leg. ὑπήλειφε) δὲ ἀμφότερα τὰ βλέφαρα, τὸ μὲν ἄνω ὁ περιόςειος ὑμὴν, τὸ δὲ κάτω κ. τ. λ. p. 879. εἰς τὸν ὑπαλείφοντα χιτῶνα τὸ ςόμα καὶ τὸν φάρυγγα. — Haec e Theophilo. — Gal. *de usu partium* p. 515. vs. 37. καταφύεται εἰς τὸν ἐπαλείφοντα τοὺς σπονδύλους χόνδρον. p. 443. vs. 52. ἄλλος τις ἔσωθεν ἐπιτέταται χιτὼν ἀκριβῶς κυκλοτερὴς ὑπαλείφων ἅπαντα et mox τό τε ςόμα ἐπαλείφων καὶ τὸ τοῦ ςομάχου τε καὶ ὅλης τῆς γαςρὸς ἔσωθεν. — Galeni loca ex Ed. Bas. citavi. — Idem V. p. 535. Ed. Kuhn. ὑμένες ὅσοι πε-

Κεφ. ιθ'.

Περὶ πλευρίτιδος.

Πλευρῖτίς ἐςι φλεγμονὴ τοῦ ἔσωθεν ὑπεζωκότος ([1] ὑπειληφότος) τὰς πλευρὰς ὑμένος. σημεῖα δὲ τῆς πλευρίτιδος τὰ λεγόμενα ὑπὸ τῶν δογματικῶν [2] παθογνωμικὰ τέτταρα· βὴξ, δύσπνοια, πυρετὸς ὀξὺς, ὀδύνη νυγματώδης· ἔστι δὲ ὀδύνη νυγματώδης, [3] ὡς εἴ τις ψηφῖδα ῥίψας ἐν ὕδατι ποιήσειε κύκλον ἀεὶ μεγεθυνόμενον καὶ φεύγοντα ἀεὶ τὸ κέντρον αὐτοῦ, καὶ δεῖ καταρχὰς μὲν ζεματίοις χρῆσθαι ὑσσώπου, γλυκυρίζου καὶ τῶν τοιούτων, ἔξωθεν ἐπὶ τῆς πλευρᾶς πυρίᾳ τε καὶ σακελλισμοῖς· ἔςι δὲ καὶ ὅτε φλεβοτομοῦμεν· προκόπτοντος δὲ τοῦ χρόνου λεπτῶς πάνυ διαιτῶμεν, οἷον πτισάνῃ χρώμενοι.

ριαλείφουσι τὸν πνεύμονα. Iam vero illud tenendum est, sermonem esse de membranis et cartilaginibus glabris, humidis, quae partes ἀλείφειν non inepte dicuntur; itaque ego sic iudico ὑπειληφότος (ab ὑπολαμβάνειν) prorsus reiiciendum esse: ὑπαλείφειν et ἐπαλείφειν contra recte habere, modo sedem propriam occupent. Sic recte dicitur ἐπαλείφοντα τοὺς σπονδύλους, sed dubito an recte dicatur τὸ ςόμα ἐπαλείφων καὶ τὸ τοῦ ςομάχου ἔσωθεν. — Haec propterea appono, quod de hoc usu verborum ὑπαλείφειν, ἐπαλείφειν, περιαλείφειν in Lexx. silentium est.

2) Παθογνωμονικὰ vulgo audiunt.

3) Cf. Gal. *de locis affectis* II. 5. in fine: τῆς μὲν οἷον ῥίζης τοῦ πάθους κατὰ τὸ νύττεσθαι δοκοῦν ἐρηρεισμένης, ἐκτεινομένης δ' ἐπὶ πλέον ἐν κύκλῳ περὶ τοῦτο τῆς ὀδύνης.

Cap. XX.

De puris collectionibus.

Empyema ab Hippocrate dicitur, quum pleuritis diutius persistens non dissipatur sed in pus mutatur: quibus id accidit, hi tussiunt et pus mali odoris educunt: quodsi velis distinguere utrum pus sit, quod educitur, an pituita, magna enim inter utrumque similitudo, in prunas iniice, ac si quidem foeteat surgens vapor, pus est, sin minus pituita. Hanc enim dignoscendi notam in Aphorismis tradidit HIPPOCRATES: pus autem intus colligentes iuvat quoque admodum succus glycyrrhizae cum chrysiatico.

Cap. XXI.

De morbis cordis.

Cor neque inflammationem, neque abscessum, neque ulcus, neque aliud quid huius generis patitur; praevertit enim mors, quum pars sit princeps: at in febribus cor calefit, quare febrim pellentia medicamina illi ipsi admovemus et magnae arteriae, quae ad oesophagum sita est: cuius rei causa stomacho etiam in febribus illa remedia adplicamus, ex ovo et rhodino et ptisanae cremore, idque genus aliis.

---

1) Sic vocatur fortasse χρυσοκόμη, de qua conf. DIOSC. IV. 55. ubi interpoll. χρυσῖτιν etiam vocant et χρυσάν-

Κεφ. κ'.

Περὶ ἐμπυημάτων.

Ἐμπύημα λέγεται παρὰ Ἱπποκράτει, ὅταν ἡ πλευρῖτις χρονίσασα μὴ διαφορηθῇ, ἀλλ' εἰς πῦον μεταβληθῇ· οἱ τοιοῦτοι βήσσουσι καὶ ἀνάγουσι πῦον δυσῶδες· εἰ δὲ βούλει διακρῖναι, εἰ πύόν ἐςι τὸ ἀναγόμενον, εἴτε φλέγμα, πολλὴν γὰρ ἔχει τὴν ὁμοιότητα, βάλε τοῦτο ἐπὶ ἄνθρακας, καὶ εἰ μὲν δυσώδης ἐςὶν ὁ ἀναγόμενος ἀτμὸς, πύόν ἐςιν, εἰ δὲ μή γε φλέγμα. ταύτην γὰρ τὴν διάκρισιν ὁ Ἱπποκράτης ἐν ἀφορισμοῖς παραδέδωκε· τοὺς δὲ ἐμπύους ἡ ἕδρα μεγάλως ὠφελεῖ καὶ ὁ χυλὸς τῆς γλυκυρίζης μετὰ [1] χρυσιατικοῦ.

Κεφ. κα'.

Περὶ παθῶν τῆς καρδίας.

Ἡ καρδία οὔτε φλεγμονὴν, οὔτε ἀπόςημα, οὔτε ἕλκος, οὔτε τι τοιοῦτον πάσχει, προλαμβάνει γὰρ ὁ θάνατος, ἐπειδὴ καιριώτατον μόριόν ἐςιν· θερμαίνεται δὲ ἐν τοῖς πυρετοῖς ἡ καρδία, διὸ καὶ τὰ ληξιπύρετα προσάγομεν αὐτῇ καὶ τῇ ἀρτηρίᾳ τῇ μεγάλῃ, τῇ περὶ τὸν ςόμαχον, ὅθεν καὶ ἐπὶ τοῦ ςομάχου ἐν τοῖς πυρετοῖς τὰ ληξιπύρετα βάλλομεν, ἀπὸ ὠοῦ καὶ ῥοδίνου καὶ χυλοῦ πτισάνης καὶ τῶν τοιούτων.

θεμον. — Cf. etiam Gal. *de rem. simpl.* VIII. 22. 12.

INITIUM LIBRI QUINTI.

Cap. I.

De anorexia.

Anorexia est, ubi quis cibos non appetit; hoc fit tum propter debilitatem et resolutionem stomachi, tum propter inflammationem: quare morbos stomachicos hos appellant. Utendum autem cum succo malorum parata athanasia et extus imponenda Iacobaea aut Helaeum et similia, inprimis etiam fomenta cum chamomillis et absynthio: cibi sint adstringentes, punica mala et mala in universum.

Cap. II.

De bulimo.

Bulimus perfecta est anorexia, quum quis cibum omnino non appetit: fit autem non amplius e calida intemperie et resolutione ventriculi sed e refrigeratione et vitae defectu, utendumque admodum calidis veluti gingibere, pipere, remedio quod cum calamintha paratur, et eo quod cum tribus piperibus: extus vero emplastro διὰ δαφνίδων dicto.

Cap. III.

De appetitu canino.

Caninus appetitus est, quando praeter modum cibos expetunt et semper cibum sumentes, sicuti canes, non satiantur. Oritur hic morbus e frigido humore

ʼΑΡΧΗ ΤΟΥ ΠΕΜΠΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Κεφ. α΄.

Περὶ ἀνορεξίας.

ʼΑνορεξία ἐςὶν, ὅταν τις μὴ ὀρέγηται σιτίων· τοῦτο δὲ γίνεται δι᾽ ἀτονίαν καὶ ἔκλυσιν τοῦ στομάχου καὶ φλεγμονὴν, διὸ καὶ ςομαχικὰ πάθη καλοῦσι τὰ τοιαῦτα καὶ δεῖ κεχρῆσθαι τῇ διὰ χυλοῦ μήλων τῇ ἀθανασίᾳ καὶ ἔξωθεν ἐπιτιθέναι ἢ τὴν ἰακωβίαν ἢ τὸν ἥλαιον καὶ τὰ τοιαῦτα, καὶ μᾶλλον δὲ [ἢ] καὶ τὰ πύγματα ἀπὸ χαμαιμήλου καὶ τὸ ἀψινθίου· τροφὴν δὲ ςύφουσαν οἷον ῥοιὰς ἢ μῆλα.

Κεφ. β΄.

Περὶ βουλίμου.

Βούλιμός ἐςιν ἡ παντελὴς ἀνορεξία ὅταν μηδόλως ἐφίηταί τις τροφῆς· γίνεται δὲ οὐκέτι ἐπὶ θερμότητι καὶ ἐκλύσει ςομάχου, ἀλλ᾽ ἐπὶ ψύξει καὶ νεκρώσει, καὶ δεῖ τοῖς θερμοῖς ἄγαν χρῆσθαι, οἷον ζιγγίβερι, πέπερι, τῷ διὰ καλαμίνθης, τῇ διὰ τριῶν πεπέρεων, ἔξωθεν δὲ τῇ διὰ δαφνίδων.

Κεφ. γ΄.

Περὶ κυνώδους ὀρέξεως.

Κυνώδης ὄρεξίς ἐςιν, ὅταν ἀμέτρως σιτίων ὀρέγωνται καὶ ἀεὶ ἐσθίοντες, ὡς οἱ κύνες, οὐ χορτάζωνται· γίνεται δὲ τοῦτο τὸ πάθος διὰ ψυχρὸν χυμὸν καὶ ὀξώδη ἐν

et acetoso in ventriculo, et alimenta calefacientia exhibenda sunt, sicuti gustatiunculae, garum aquosum, placenta melle subacta, aliaeque placentae, medicamen cum tribus piperibus paratum, similiaque alia.

Cap. IV.

De singultu.

Singultus spasticus motus ventriculi est, quem perpetuo patiuntur pueri, fit autem propter repletionem, quo fit ut post cibum sumtum singultiamus, vel propter depletionem, vel siccitatis morsum, quum acres urinae sunt et habitus totus: oportet igitur imprimis semper irrigare corpus et nutrire.

Cap. V.

De vomituritione.

Vomituritio dicitur, quam plebs *βλαρίαν* vocat, si quis oppresso est animo, nec scit quare ita habeat: nascitur e salsa pituita in stomacho, qui humor vomitoriis eliminandus est: v. c. oxymel sorbendo et veratro, tum boni succi alimenta et dulcia exhibeantur.

Cap. VI.

De apepsia ventriculi.

Apepsia in ventriculo vel propter refrigerationem oritur, vel propter calidam intemperiem, ac si quidem propter frigus est, signum habet ructum acidum et dandi sunt cibi calidi, hydrogara v. c. placentae

1) Add. in margine *κυδωνάτον, τὸ διοσπολητικόν, τὸ διὰ*

τῷ ϛομάχῳ· καὶ δεῖ τρέφοντα τὰ θερμαίνοντα διδόναι οἷον προπόματα, ὑδρόγαρα, ἀπόθερμον, πλακοῦντας καὶ τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων καὶ τὰ τοιαῦτα.

Κεφ. δ'.

Περὶ λυγγός.

Λύγξ ἐϛὶ σπασμώδης κίνησις τοῦ ϛομάχου, ὅπερ ἀεὶ πάσχουσι τὰ παιδία, γίνεται δὲ διὰ πλήρωσιν, διὸ μετὰ τροφὴν λυγγῶμεν, ἢ διὰ κένωσιν, ἢ διὰ ξηρότητος δῆξιν, ὅταν τὰ οὖρα καὶ ἡ ὅλη ἕξις δριμεῖα· καὶ δεῖ οὖν καὶ ὑγραίνειν καὶ τρέφειν μάλιϛα συνεχῶς.

Κεφ. ε'.

Περὶ ἄσης.

Ἄση λέγεται ὅπερ καλοῦσιν οἱ ἰδιῶται βλαρίαν· ὅταν ἀθυμῇ τις καὶ οὐκ οἶδε διὰ τί ἀθυμεῖ· γίνεται δὲ ἐπὶ ἀλυκῷ φλέγματι ἐν τῷ ϛομάχῳ καὶ δεῖ τοῖς ἐμετικοῖς κενοῦν τὸν χυμὸν οἷον ὀξυμέλιτι ῥοφεῖν καὶ ἐλλεβόρῳ καὶ τὰ εὔχυμα καὶ γλυκέα τρέφειν.

Κεφ. ϛ'.

Περὶ ἀπεψίας γαϛρός.

Ἡ ἀπεψία ἡ ἐν γαϛρὶ ἢ διὰ ψῦξιν γίνεται ἢ διὰ θερμότητα, καὶ εἰ μὲν διὰ ψῦξιν, σημεῖον ἔχει τὴν ὀξώδη ἐρυγὴν καὶ δεῖ θερμὰ ἐδέσματα διδόναι οἷον ὑδρόγαρα, ἀπόθερμον καὶ τὰ τοιαῦτα, [1] καὶ θάλπειν τὰ ὑπο-

---

[1] τριῶν πεπέρεων, τὸ διὰ καλαμίνθης, τὸ διὰ κιτρίου.

cum melle subactae, similiaque alia, et hypochondria calida servanda sunt cum alio decumbendo vel imponendo iconidio ventriculo per totam noctem. Sic se habet quae e frigido originem ducit: quae vero e calido signum habet ructum fumosum et foetidum, oportetque contra frigida exhibere, veluti rosatum, fructus et quae non facile corrumpuntur, qualia sunt salsa, caro suilla et similia alia.

Cap. VII.

De cholera.

Cholera adest ubi deorsum sursumque bilis exit: hi autem aegrotantes perpetuo lavandi sunt et boni succi alimentis nutriendi; ut sunt cerastica, rosatum et similia.

Cap. VIII.

De lienteria, intestinorum laevitate.

Intestinorum laevitas est, quando simul atque comesti sunt citra coctionem ad anum deferuntur cibi: contingit igitur propter ulcerationem in superficie ventriculi et intestinorum, vel propter immodicam refrigerationem et depletionem: quomodocumque fiat, irrigationibus roborantibus ad universum hypochondrium utendum est v. c. cum pumice et mastiche: intus vero exhibere oportet potionem cum malorum succo.

Cap. IX.

De dysenteria.

Dysenteria dicitur ulcus in intestinis, signum habet quod strigmenta sanguinea per anum descendunt: in-

χόνδρια συγκαθεύδοντά τινι, ἢ εἰκονίδιον μικρὸν ἐπιθέντα τῇ γαςρὶ δι᾿ ὅλης τῆς νυκτός. οὕτω μὲν ἡ διὰ ψύξιν· ἡ δὲ διὰ θερμότητα σημεῖον ἔχει τὴν καπνώδη καὶ δυσώδη ἐρυγὴν, καὶ δεῖ τοὐναντίον τὰ ψυχρὰ διδόναι, οἷον ῥοσάτον, ὀπώραν καὶ τὰ δύσφθαρτα, οἷον ἁλυκὰ, χοίρειον κρέας καὶ τὰ τοιαῦτα.

Κεφ. ζ′.

Περὶ χολέρας.

Χολέρα ἐςὶν, ὅταν κάτωθεν καὶ ἄνωθεν χολὴ φέρηται· καὶ δεῖ λούειν συνεχῶς τοὺς τοιούτους καὶ εὐχύμοις τρέφειν, οἷον τὰ κεραςικὰ, τὸ ῥοσάτον καὶ τὰ ὅμοια.

Κεφ. η′.

Περὶ λειεντερίας.

Λειεντερία ἐςὶν, ὅταν ἅμα τῷ ἐσθίειν κατενέγκῃ τὰ σιτία ἄπεπτα· γίνεται οὖν δι᾿ ἐπιπόλαιον ἕλκωσιν ἐν τῇ γαςρὶ καὶ τοῖς ἐντέροις, ἢ δι᾿ ἄμετρον ψύξιν καὶ κένωσιν· ὁπωσοῦν δὲ ἂν γένηται δεῖ ἐμβροχαῖς χρῆσθαι καθ᾿ ὅλων τῶν ὑποχονδρίων τονωτικαῖς οἷον διὰ ψιμυθίου καὶ σχοινίνου, ἔσωθεν δὲ παρέχειν τὴν διὰ χυλοῦ τῶν μήλων.

Κεφ. θ′.

Περὶ δυσεντερίας.

Δυσεντερία λέγεται τὸ ἕλκος τὸ ἐν τοῖς ἐντέροις· σημεῖον δὲ ἔχει τὸ αἱματώδη ξύσματα καταφέρειν· ἔςι δὲ

terdum menbranas quasdam putridas ex intestinis demittunt aegrotantes. Sed si quidem in tenuibus intestinis ulcus est, dandum medicamen cum succo malorum, vel Rhoesyriaca danda vel vinum Tyrium, vel saraphinum vel palmeum vel omphacites, et alica exhibenda et punica mala et alia: perpetuo enim nutriendum ac fere decies de die, per inferiora vero administrandus principio cremor oryzae cum rhodino et pinguedine et cera et terra samia; tempore aliquo intermisso ceterum trochiscis ad dysenteriam alvus eluenda veluti panchresto, crocoso, eo qui a Philippo nomen habet et qui cum corallio paratus est: sin magis efficacia velis, corrosis etiam intestinis, Andronium adhibe eum, qui multiformis dicitur, qui a Pasione et Fausto nomina habent; ipsa etiam theriaca hos mirum quantum iuvat et deorsum et sursum adhibita: et extus irrigationibus spongiarum ope utendum, paratis cum myrrha et rubo et absinthio, coctis cum vino Cilicio et adstringentibus pariter quibusvis.

Cap. X.

De cruenta dysenteria.

Cruenta dysenteria dicitur, quando sanguis purus est id, quod excernitur, vel loturae recens mactatae carnis simile, vel faeci vini et nigrum. Ad haec omnia utendum trochisco cum coralliis, vel pilulis e xylomacere, vel rhei decocto et extus rursum supra di-

---

1) MS. *ῥοῦ συριακόν.* — Forte voluit *ῥοῦν συριακόν*, sed seqq. etiam genitivo efferuntur. — Ad sequens *ἢ τυριακοῦ* forte *οἴνου* excidit, ita ut *ἢ οἴνου τυρ.* legendum

ὅτε ὑμένας τινὰς ἐκ τῶν ἐντέρων σηπομένους καταφέρουσι. ἀλλ' εἰ μὲν ἐν τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις ἐςὶν, δοτέον τὴν διὰ χυλοῦ μήλων ἢ [1] ῥοῦ συριακοῦ, ἢ τυριακοῦ, ἢ σαραφίνου ἢ σπαθήτου, ἢ ὀμφακίτου καὶ ἄλικα καὶ ῥοιὰς καὶ μῆλα, δεῖ γὰρ συνεχῶς τρέφειν καὶ σχεδὸν δεκάκις τῆς ἡμέρας· κάτωθεν δὲ ἐν μὲν ταῖς ἀρχαῖς χυλὸν ὀρύζης μετὰ ῥοδίνου καὶ ςέατος καὶ κηροῦ καὶ γῆς Σαμίας, μετὰ δὲ χρόνον λοιπὸν τοῖς δυσεντερικοῖς τροχίσκοις δεῖ κλύζειν μετὰ χυλοῦ ὀρύζης· οἷον τὸν πάγχρηςον, τὸν κροκώδη, τὸν Φιλίππου, τὸ διὰ κοραλλίου. εἰ δὲ βούλει δραςικὰ, ὅταν καὶ νέμηται τὰ ἔντερα, τὸν Ἀνδρόνιον, τὸν πολυειδῆ, τὸν Πασίωνος, τὸν Φαυςῖνον. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ θηριακὴ ἐπὶ τῶν τοιούτων θαυμαςῶς ποιεῖ καὶ κάτωθεν καὶ ἄνωθεν· καὶ ἔξωθεν δεῖ ἐμβροχαῖς καὶ σπόγγοις κεχρῆσθαι ἔχοντες ἀπεζεσμένον μετ' οἴνου Κίλικος μυρσίνην καὶ βάτον καὶ ἀψίνθιον καὶ πάντων ὁμοίως ςυπτικῶν.

Κεφ. ι'.

Περὶ αἱματηρᾶς δυσεντερίας

Αἱματηρὰ δυσεντερία λέγεται, ὅταν αἷμα καθαρὸν ᾖ τὸ κενούμενον, ἢ ἐοικὸς πλύματι κρεῶν νεοσφαγῶν, ἢ τρυγῶδες καὶ μέλαν. ἐπὶ πάντων δὲ τούτων χρηςέον τῷ διὰ κοραλλίων τροχίσκῳ, ἢ τοῖς διὰ ξυλομάκερος κόκκοις, ἢ καὶ ζέματι ῥέου καὶ ἔξωθεν πάλιν τονωτικὰς

---

sit; conf. lib. VI. cap. 22. infra. — Quis οἶνος σαράφινος? nam de vinis sermonem esse seq. σπαθήτου ἢ ὀμφακίτου satis indicat.

ctas roborantes irrigationes ad dysenterias hepati adplicandae sunt; iecur enim est quod patitur in dysenteria cruenta.

Cap. XI.

De haemorrhoïdibus.

Haemorrhoïs est, quum ex ano sanguis effluit venae orificio patente, quoque mense, vel altero quoque; quod quidem plebs ἀσκλήπιον vocat: non sistere hoc oportet: perquam enim utile, dum modice emittitur, sicuti prosunt mulieribus menstrua: sin multum erumpit, venula deliganda est.

Cap. XII.

De tenesmo.

Tenesmus inflammatio est intestini recti, quam plebs βιασμοὺς appellat, rectum intestinum autem pars est crassi prope anum: hi vero continuo alvum ponunt, ad quod clysma ex oleo rutae adhibendum.

Cap. XIII.

De colicis affectionibus.

Colica affectio oritur, quando pituita frigida in tunicis crassorum intestinorum intercepta est et dolorem facit, quem Graeci σκολοπώδη vel τρυπανώδη appellant: est autem σκολοπώδης quasi intrusus in pedem instar σκόλοπος i. e. spinae: τρυπανώδης autem est, qui fit veluti terebrante humore et sese mo-

ἐμβροχὰς, τὰς εἰρημένας, δυσεντερίαις παραληπτέον ἐπὶ τοῦ ἥπατος, τοῦτο γὰρ ἐπὶ τὸ πάσχον ἐπὶ τῆς αἱματηρᾶς δυσεντερίας.

Κεφ. ια'.

Περὶ αἱμοῤῥοΐδων.

Αἱμοῤῥοΐς ἐςιν, ὅταν ἐκ τοῦ δακτυλίου κενῶται αἷμα, ἀναςομουμένης φλεβὸς, διὰ μηνὸς καὶ διὰ δύο μηνῶν, ὅπερ οἱ ἰδιῶται καλοῦσιν [1] ἀσκλήπιον· οὐ δεῖ δὲ κωλύειν τὸ τοιοῦτον, μάλιςα γὰρ ὠφελεῖ συμμέτρως κενούμενον καθάπερ τὰ τῶν γυναικῶν καταμήνια. εἰ δὲ πολὺ κενοῦται ἀπολινῶσαι δεῖ τὸ φλεβίον.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ τεινεσμοῦ.

Τεινεσμός ἐστι φλεγμονὴ τοῦ ἀπευθυσμένου, ὅπερ λέγουσιν οἱ ἰδιῶται βιασμούς· ἀπευθυσμένον δέ ἐστι τοῦ παχέος ἐντέρου τὸ ἐγγὺς τοῦ δακτυλίου· συνεχῶς δὲ οὗτοι διαχωροῦσι καὶ δεῖ ἐπ' αὐτῶν πηγανελαίῳ κλύζειν.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ κωλικῶν διαθέσεων.

Κωλικὴ διάθεσις γίνεται, ὅταν φλέγμα ψυχρὸν ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν παχέων ἐντέρων σφηνωθῇ καὶ ποιῇ ὀδύνην σκολοπώδη, ἢ τρυπανώδη, σκολοπώδης δέ ἐςιν οἷον ἐμπεπαρμένη ἐν ποδὶ δίκην σκόλοπος (τουτέςιν ἀκάνθης)· τρυπανώδης δέ ἐςιν οἷον τρυπῶντος τοῦ χυμοῦ καὶ κινουμένου γινομένη. δεῖ δὲ ἐπὶ τῶν τοιούτων πηγανέ-

1) Ἀσκλήπιον Du Cang. ex h. l. pag. 29. App.

vente. Ad haec oleo rutae alvus eluenda vel trochisco cum cedria.

Cap. XIV.

De volvulo.

Volvulus est, quum propter intestinorum obstructionem non amplius deorsum stercus excernunt sed sursum: plebs hunc morbum χόρδαψον vocat.

Cap. XV.

De torminibus et flatibus.

Quum strepitum edunt intestina et dolent borborygmus vel tormina malum audit: vocat autem auctor ἐλκύδρια et κλύδωνα: fit autem a crassiori et humido spiritu; sunt autem qui rutam multam edendam exhibent; alii qui vinum cum nitro et fomento praecordiorum. Morbus autem facile solvitur.

Cap. XVI.

De vermibus.

Vermium tria sunt genera: alii enim longi sunt et rotundi et nascuntur in intestinis tenuibus, unde interdum vomitu redduntur: alii lati et longi et cucurbitae semen referunt et per totum fere tractum intestinorum nascuntur: alii longi forma vermium terrestrium ascarides audiunt et infra in intestino recto

---

1) Ad hoc nomen iam in Hippocraticis libris obvium cf. *Oecon.* Foës.

2) Galenum vulgo τὸν συγγραφέα vocat, apud quem bor-

λαιον μετὰ καςορίου κλύζειν, ἢ τὸν διὰ κεδρίας τροχίσκον.

Κεφ. ιδʹ.

Περὶ εἰλεοῦ.

Εἰλεός ἐςιν, ὅταν δι᾽ ἔμφραξιν τῶν ἐντέρων μηκέτι κάτωθεν ἐκκρίνωσι τὸν κόπρον, ἀλλ᾽ ἐκκρίνωσιν αὐτὴν ἄνωθεν· καλοῦσι δὲ αὐτὴν οἱ ἰδιῶται [1] χόρδαψον.

Κεφ. ιεʹ.

Περὶ ςρόφων καὶ βορβορυγμῶν.

Ὅταν ψόφους ἀποτελῶσι τὰ ἔντερα καὶ ὀδυνῶνται βορβορυγμὸς ἢ ςρόφος λέγεται· [2] καλεῖ δὲ αὐτὰ ὁ συγγραφεὺς ἑλκύδρια καὶ κλύδωνα· γίνεται δὲ ἐπὶ παχυτέρῳ πνεύματι καὶ ὑγρῷ. καί τινες παρέχουσι πήγανον ἐσθίειν πολὺν, ἄλλοι δὲ οἶνον μετὰ νίτρου καὶ πυρίας τῶν ὑποχονδρίων· ἔςι δὲ εὔλυτον τὸ πάθος.

Κεφ. ιςʹ.

Περὶ ἑλμίνθων.

Τῶν ἑλμίνθων τρία εἰσὶ γένη· αἱ μὲν γάρ εἰσι μακραὶ καὶ ςρογγύλαι καὶ γίνονται ἐν τοῖς λεπτοῖς ἐντέροις, ὅθεν ἔστιν ὅτε καὶ ἐμοῦνται. αἱ δὲ πλατεῖαι καὶ μακραὶ, καὶ ἐοίκασι σπέρματι κολοκύνθης καὶ γίνονται σχεδὸν ἐν ὅλοις τοῖς ἐντέροις· αἱ δὲ μακραὶ σκωληκώδεις, αἱ λεγόμεναι ἀσκαρίδες, καὶ γίνονται κάτω ἐν τῷ

---

borygmos et tormina ἑλκύδρια vocari et κλύδωνα ego certe nusquam vidi; nec verosimile existimo illum ita vocasse.

nascuntur: omnes autem oriuntur e multo alimento nimis crasso, e lacte v. c. aut caseo. — Quapropter ut plurimum etiam in pueris obveniunt. Necat eos decoctum absinthii epotum vel muria vel miltos; hinc quae ἀπὸ ζύθου Alexandriae dicuntur, i. e. herbarum in zytho s. cerevisia infusiones eos fieri non sinunt.

Cap. XVII.

De ani procidentia.

Procidentia ani dicitur, quando aeque atque anus ipse, huius musculus, qui Graecis σφιγκτήρ dicitur, extus conspicitur: iuvant illa laborantes irrigationes ex vino et alumine et galla et omnibus, quae adstringendi virtutem habent. Hera autem trochiscus mirum quantum his prodest.

Cap. XVIII.

De exochadibus.

Exochades carnes sunt luxuriantes in ano, quae resecandae vel funiculo deligandae sunt.

Cap. XIX.

De perforatione in ano.

Natura etiam perforationis in ano cognita: fistula enim est ad intestinum usque tendens: eamque funi-

---

1) Utrum ἢ ἅλμῃ et ἢ μίλτῳ pro ἢ σὺν ἅλμῃ et ἢ σὺν μίλτῳ legendum sit: an vero ἢ ἅλμη, ἢ μίλτος, ego haud certo affirmare ausim: μίλτος audiebat etiam λημνία σφραγὶς, quam h. l. spectari fere crediderim. Quid autem τὰ ἀποζυγοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ λεγόμενα? — Forte τὰ

ἀπευθυσμένῳ· πᾶσαι δὲ συμβαίνουσιν ἐκ πολλῆς καὶ παχυτέρας τροφῆς, οἷον τυροῦ, γάλακτος. διὸ καὶ τοῖς παιδίοις ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖςον ἐγγίνονται· ἀναιρεῖ δὲ αὐτὰς ἀψινθίου ἀπόζεμα πινόμενον, [1] ἡ ἅλμη, ἡ μίλτῳ, διὸ τὰ ἀποζυροῦ λεγόμενα ἐν Ἀλεξανδρείᾳ οὐκ ἐᾷ αὐτὰ γενέσθαι.

Κεφ. ιζ΄.

Περὶ προπτώσεως ἀρχοῦ.

Πρόπτωσις ἀρχοῦ λέγεται, ὅταν ὁμοίως ὁ λεγόμενος σφιγκτὴρ, ὁ ἐν τῷ δακτυλίῳ, προκύψῃ ἔξω, ὠφελεῖ δὲ τούτους ἐπαντλήματα ἀπὸ οἴνου καὶ ςυπτηρίας καὶ κίκιδος καὶ πάντων, ὅσα ςύφει. ἦρα δὲ τροχίσκος θαυμαςῶς ὀνήσει.

Κεφ. ιη΄.

Περὶ ἐξοχάδων.

Ἐξοχάδες εἰσὶ τὰ ὑπερσαρκήματα ἐν τῷ δακτυλίῳ καὶ δεῖ τέμνειν αὐτὰ ἢ ἀπολινοῦν.

Κεφ. ιθ΄.

Περὶ διατρήσεως ἐν τῷ δακτυλίῳ.

Καὶ ἡ διάτρησις ἡ ἐν τῷ δακτυλίῳ δήλη ἐςί· σύριγξ γάρ ἐςι φερομένη ἄχρι τοῦ ἐντέρου· καὶ δεῖ ἢ ἀπο-

---

[1] ἀπὸ ζύθου legendum: ζύθος potus Aegyptiacus, qui δριμύτερος τῶν κριθῶν οὐ σμικρῷ, ut ait GALENUS, cum remediis aliis ipso infusis ad vermes praevertendos facere potuisse videtur.

culo constringere oportet vel secare instrumento, quod falciforme dicitur.

Cap. XX.

De alvi excretione praeter voluntatem.

Interdum sphincter resolvitur, neque amplius retinetur stercus sed praeter voluntatem excernitur, quod in primo libro Diagnostices Galenus piscatorem illum passum dixit ex aqua refrigeratum. Oportet igitur calidis remediis fovere locum et frictionibus cum castorio similibusque aliis.

Cap. XXI.

De inflammatione et induratione in iecinore.

Induratio iecinoris, ut ait Galenus in primo ad Glauconem libro, insanabilis est. Inflammatio vero signa haec habet: quod appareat in dextra parte non in superficie et quod detrahatur deorsum clavicula dextra et quod urinae acriores sint. Curatur autem decocto rhei et spicae nardi et cassiae: extus vero cataplasmatibus roborantibus simul et laxantibus: veluti cum absinthio et pane et aloë et vino.

Cap. XXII.

De lienis induratione.

Etiam hoc malum fere insanabile, imprimis adultum: initio vero sanari potest decoctis corticis radicis capparis similibusque: extus emollientibus remediis et diaphoreticis, veluti emplastico quod κωφόν dicitur et citrino: multum auxilii ad lienis morbos in formula-

λινοῦν αὐτὴν ἢ τέμνειν τῷ δρεπανοειδεῖ λεγομένῳ ὀργάνῳ.

Κεφ. κ'.

Περὶ ἀκουσίου διαχωρήσεως.

Ἔςιν ὅτε παραλύεται ὁ σφιγκτὴρ καὶ οὐκέτι ἐπέχεται ἡ κόπρος ἀλλ' ἀκουσίως φέρεται, ὅπερ ἔφη Γαληνὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῆς διαγνωςικῆς παθεῖν τὸν ἁλιέα ἐκεῖνον ψυγέντα ἐκ τοῦ ὕδατος. δεῖ οὖν θερμαίνειν τὸν τόπον τοῖς θερμοῖς φαρμάκοις καὶ ἀλείμμασι διὰ καςορίου καὶ τῶν ὁμοίων.

Κεφ. κα'.

Περὶ φλεγμονῆς καὶ σκίῤῥου ἐν τῷ ἥπατι.

Ὁ μὲν σκίῤῥος τοῦ ἥπατος, ὥς φησι Γαληνὸς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν πρὸς Γλαύκωνα, ἀνίατός ἐςιν· ἡ δὲ φλεγμονὴ σημεῖα μὲν ἔχει τὸ φαίνεσθαι ἐν τῷ δεξιῷ μέρει οὐκ εἰς περιφερῆ καὶ κατασπᾶσθαι τὴν δεξιὰν κλεῖν καὶ τὰ οὖρα δριμύτερα· θεραπεύεται δὲ ζέματι ῥέου καὶ ναρδοςαχύος καὶ κασσίας· ἔξωθεν δὲ τονωτικοῖς καταπλάσμασι καὶ χαλαςικοῖς· οἷον [1] διὰ ψινθέας καὶ ἄρτου καὶ ἀλωῆς καὶ οἴνου.

Κεφ. κβ'.

Περὶ σπληνὸς σκιῤῥουμένου.

Καὶ τοῦτο σχεδὸν ἀνίατόν ἐςι τὸ πάθος, μάλιςα ἀποτελεσθέν· ἐν ἀρχῇ δὲ ἐπιδέχεται ἴασιν ζεματίοις φλοίου ῥίζης καππάρεως καὶ τοῖς τοιούτοις· ἔξωθεν δὲ μαλακτικοῖς φαρμάκοις καὶ διαφορητικοῖς· οἷον τῇ κωφῇ, τῇ

1) MS. διὰ ψινθέας reiicere nolui cf. ad lib. VI. cap. 4.

rum medicinalium collectionibus invenies etiam ope cauteriorum.

Cap. XXIII.

De hydrope.

Hydropis tres sunt species, una, quae ascites dicitur, quando veluti in tumorem sublatus est venter; ad quem paracentesin instituimus: alter, qui tympanias appellatur, quum spiritu potius venter tumet; dignoscitur e percussione ventris, sonum enim edit qualem tympanum, sicuti in prima specie qualem saccus: in hoc etiam pedes tument. Non existimandum in ipso ventre esse humorem: extus enim est, peritonaeum, quem vocant, inter et intestina. Tertia autem species est quae ἀνὰ σάρκα dicitur, quando totum corpus tumet: hunc etiam λευκοφλεγματίαν vocat Hippocrates. Oriuntur vero hydropes omnes e refrigeratione iecinoris: nequit enim amplius generare purum sanguinem, sed in spiritum et aquam resolvitur humor, atque omnes fere ubi increverunt, insanabiles: interdum vero fieri potest ut nascentibus opem feras, exhibendo medicamentum hydragogum veluti coccum Cnidium, squammam aeris, non magna copia simul, sed partitis dosibus minutis, ita ut tertio quoque die decies vel quinquies alvum ponat, intermediis vero diebus calefacientibus et iecur roborantibus utendum: remedium cum tribus piperibus

---

1). Theoph. Nonnus cap. 188. ἥ τε κυπρίνη cf. varr.

¹ κιτρίνη· πολλὴν δὲ πρὸς σπλῆνα εὑρήσεις ἐν τοῖς δυναμεροῖς ὠφέλειαν καὶ διὰ καυτήρων.

Κεφ. κγ'.

Περὶ ὑδέρου.

Τρία εἴδη εἰσὶ τῶν ὑδέρων, ἓν μὲν ὁ λεγόμενος ἀσκίτης, ὅταν ὥσπερ ὄγκῳ ὀγκῶται, ἐφ' οὗ παρακέντησιν παραλαμβάνομεν· δεύτερος ὁ λεγόμενος τυμπανίας, ὅταν πνεύματος γέμῃ ἡ γαστὴρ μᾶλλον, δῆλος δέ ἐστιν ἐκ τοῦ κρούειν κατὰ τῆς γαστρός· ὡς τύμπανον γὰρ ἠχεῖ, ὥσπερ ἐκείνῳ ὡς ἀσκός· ἐπὶ τούτου δὲ καὶ οἱ πόδες οἰδοῦσιν· οὐ δεῖ δὲ νομίζειν ὅτι ἐν αὐτῇ τῇ γαστρί ἐστι τὸ ὕδωρ· ἔξωθεν γάρ ἐστιν αὐτὸ μεταξὺ τοῦ λεγομένου περιτοναίου καὶ τῶν ἐντέρων. τρίτον δὲ εἶδος ὁ λεγόμενος ἀνὰ σάρκα, ὅταν ὅλον τὸ σῶμα ὀγκῶται. καλεῖ δὲ τοῦτο Ἱπποκράτης καὶ λευκοφλεγματίαν. γίνονται δὲ πάντες ὕδρωπες ἐπὶ ψύξει τοῦ ἥπατος· οὐκέτι γὰρ δύναται αἷμα γεννῆσαι καθαρὸν, ἀλλ' εἰς πνεῦμα καὶ ὑγρὸν ἀναλύεται ὁ χυμὸς, καὶ σχεδὸν μὲν πάντες ἀνίατοί εἰσι τελειούμενοι· δυνατὸν δέ ποτε βοηθῆσαι ἀρχομένοις παρέχοντα φάρμακον ὑδραγωγὸν, οἷον κόκκον κνίδιον, λεπίδα χαλκοῦ, μὴ ἀθρόως ἀλλὰ κατὰ μέρος, οἷον διὰ δύο ἡμερῶν κενοῦνται δέκα γαστέρας ἢ πέντε, ἐν δὲ ταῖς μέσαις θερμαντικοῖς καὶ τονωτικοῖς τοῦ ἥπατος χρηστέον· τὸ διὰ τριῶν πεπέρεων οἷον [1] τονῶσαι εὐφυῶς, ποιεῖ δὲ καὶ τὸ ῥέον. ἔξωθεν δὲ καταπλαστέον

---

lectt. — τὸ κίτρινον rubefacientis titulo apud PAULUM.
1) MS. τὸ μάσον ἀφίω.

fortiter roborat, iuvat etiam rheum: extus autem cataplasmatis loco panis cum melle et roborantibus, veluti absinthio et aloë adhibendus.

Cap. XXIV.

De morbo regio.

Morbus regius est, quum totum corpus vel pallidum vel nigrum fit vel alium quemcumque calorem contrahit: oculi autem in his magis laeduntur. Duae autem morbi regii species sunt nasci solitae, e viridi pallens qui dicitur et niger: oriuntur ex obturatione vesicae felleae et ad utramque obstructiones adimentibus et detergentibus utendum est, veluti bliti semine et trochisco diacarpesias dicto, illoque qui cum amygdalis amaris paratur. Subinde quoque non propter obturationem fit icterus sed propter multum in universo corpore calorem: omnis enim sanguis in bilem convertitur, cuius rei signa dubia non sunt, quibus enim id accidit et sitiunt et ardent. Interdum criticus fit icterus in hominis salutem: natura enim in iudiciis superior bilem e profundis corporis partibus ad superficiem expellit: atque id est quod ait Hippocrates: « superficiei damnum interni corporis salus est." Huius autem signa manifesta, quando enim praecedente febre in huius vigore supervenit morbus regius, hic est criticus.

Cap. XXV.

De elephantiasi.

Elephas dicitur malum quod lepra est: fit autem

τὸ ἀρτόμελι μετὰ τῶν τονωτικῶν, οἷον ἀψινθέας καὶ ἀλωῆς.

Κεφ. κδʹ.

Περὶ ἰκτέρου.

Ἰκτερός ἐςιν, ὅταν ὅλον τὸ σῶμα ἢ ὠχρὸν ἢ μέλαν ἢ ἄλλου του οἱουοῦν χρώματος γένηται· μᾶλλον δὲ οἱ ὀφθαλμοὶ βλάπτονται ἐπὶ τῶν τοιούτων. Δύο δέ εἰσιν εἴδη ἰκτέρου συνηθῶς γινόμενα, ὁ ὠχρὸς λεγόμενος καὶ ὁ μέλας· γίνονται δὲ ἐπὶ ἐμφράξεως τῆς χοληδόχου κύςεως· καὶ δεῖ ἐπὶ ἀμφοτέρων τοῖς ἐκφρακτικοῖς καὶ ῥυπτικοῖς χρῆσθαι, οἷον τῷ τοῦ χρυσολαχάνου σπέρματι καὶ τῷ διὰ καρπησίας τροχίσκῳ καὶ τῷ διὰ τῶν πικρῶν ἀμυγδαλῶν. Ἔςι δὲ ὅτε καὶ γίνεται ἴκτερος οὐ δι᾽ ἔμφραξιν, ἀλλὰ διὰ θερμασίαν πολλὴν ἐν ὅλῳ τῷ σώματι· ἐκχολοῦται γὰρ τὸ αἷμα ὅλον, καὶ δῆλα τὰ σημεῖα, καὶ γὰρ διψῶσιν οἱ τοιοῦτοι καὶ φλέγονται. ἔστι δὲ ὅτε κριτικὸς ἴκτερος γίνεται ἐπὶ συμφέροντι τῷ ζώῳ· κρατοῦσα γὰρ ἡ φύσις ἐν ταῖς κρίσεσι διώκει τὴν χολὴν ἐκ τοῦ βάθους εἰς τὴν ἐπιφάνειαν· καὶ τοῦτό ἐςιν, ὃ φησιν Ἱπποκράτης· ὕβρις ἐπιφανείας βάθους ἄκος· τὰ δὲ σημεῖα τούτου δῆλα· ὅταν γὰρ προηγουμένου πυρετοῦ ἐν τῇ ἀκμῇ ἐπιγένηται ἴκτερος, κριτικός ἐςιν ὁ τοιοῦτος.

Κεφ. κεʹ.

Περὶ ἐλεφαντιάσεως.

Ἐλέφας λέγεται, ὅπερ ἐςὶ [1] κελεφία· γίνεται δὲ ἐπὶ

1) Cf. Du Cang. in *Gloss.* et *App.* voce κελεφός.

e melancholico humore putrescente et extremitates corporis corrodente; estque fere insanabile, iuvat tamen purgatio per epithymum: praeterea etiam theriace et cauterium ad verticem: vocatur morbus quoque satyriasmus.

INITIUM SEXTI LIBRI.

Cap. I.

De calculo.

Calculus nascitur sive in renibus, sive in vesica a multo praeter naturam calore: ita in lebetibus quoque ab aquae calore coagulari lapides videmus, deorsum latos ab immodico calore.

Cap. II.

De renis trichiasi.

Subinde capilli in rene generantur, ex quibus cum urina emittuntur, ex eadem causa e qua calculus, curanturque eodem modo: rarus autem morbus est, ut ait Galenus.

---

1) Cf. Aretaeum p. 98. Ed. Goup.

2) Locus certe vitii non immunis. — Secundum ea, quae antecedunt, scripseris fere sic: *οὕτως ὁρῶμεν ὅτι καὶ ἐν τοῖς λέβησι ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τοῦ ὕδατος λίθοι πήγνυνται κατασπώμενοι ὑπὸ τῆς ἀμέτρου θερμασίας.* Apud Aëtium lib. XI. cap. 4: » causae generationis horum

μελαγχολικῷ χυμῷ σηπομένῳ καὶ διαβιβρώσκοντι τὰ ἄκρα τῶν μορίων· ἔςι δὲ σχεδὸν ἀνίατον, πλὴν ὠφελεῖ αὐτοὺς κάθαρσις δι' ἐπιθύμου· λοιπὸν δὲ καὶ ἡ θηριακὴ, καὶ καυςὴρ κατὰ τοῦ βρέγματος· λέγεται δὲ τὸ πάθος [1] σατυριασμός.

'ΑΡΧΗ ΤΟΥ ἙΚΤΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Κεφ. α'.

Περὶ λιθιάσεως.

Λιθίασις γίνεται εἴτε ἐν νεφροῖς, εἴτε ἐν κύςει ὑπὸ θερμασίας παρὰ φύσιν πολλῆς. [2] *οὕτως ὁρῶμεν καὶ ἐν τοῖς λέβησι τοῦ θερμοῦ τοῦ ὕδατος λίθοι τήκτονται κατασπώμενοι ὑπὸ τῆς ἀμέτρου θερμασίας.*

Κεφ. β'.

Περὶ τριχιάσεως νεφροῦ.

Ἔστιν ὅτε τρίχες γίνονται ἐν νεφρῷ δι' ὧν ἐξουροῦνται ὑπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας τοῦ λίθου καὶ θεραπεύονται ὁμοίως· σπάνιον δὲ τὸ πάθος, ὥς φησι Γαληνός.

---

calculorum assiduae sunt cruditates, unde materiae incoctae et crudae multitudo congregatur et ardor circa renes et vesicam exoritur, qui humores adassans eos cogit et in lapidem indurat, *ad modum tophorum, qui in aquis reperiuntur, quae in aereis praesertim balneorum vasis coquuntur.*"

Cap. III.

De diabete.

Diabetes dicitur, quum simul atque biberint continuo urina potum emittunt: vocatur etiam diarrhoea ad urinas et hydrops matellae et dipsacus: atque oritur e renum calore qui semper potulenta e ventriculo hauriunt eumque ad sitim movent: oportet autem frigidis cataplasmatibus lumbos contegere, qualia a rosis et rubi smegmate.

Cap. IV.

De ischuria.

Ischuria est, quando prorsus cohibetur mictus: fit autem propter lapidem, vel sanguinis grumos, quod quidem inde novimus quod ante sanguis per urinam emissus sit, vel propter obturationem; signa autem superius exposuimus et patet praeterea e victu praegresso eoque crassiori; hîc quoque catheter adhibendus est.

Cap. V.

De stranguria.

Stranguria est, quum perpetuo guttatim urinam mittunt: fit autem vel propter acerbitatem advectae e renibus urinae, quae si in causa sit assidue corpus lavandum est et boni succi alimentis nutriendum; vel fit propter debilitatem vesicae nequeuntis retinere: cuius rei causa frigus est et calefacere oportet.

---

3) Videtur aliquid excidisse: nam iste morbus ὕδερος εἰς

Κεφ. γ'.

Περὶ διαβήτου.

Διαβήτης λέγεται, ὅταν ἅμα πίνωσι καὶ οὐρῶσι συνεχῶς· λέγεται δὲ καὶ εἰς τὰ οὖρα διάῤῥοια καὶ [1] ὕδερος καὶ διψακός, καὶ γίνεται ἐπὶ θερμότητι τῶν νεφρῶν καὶ ἕλκουσιν ἀεὶ τὸ πόμα ἐκ τῆς γαςρὸς καὶ εἰς τὴν δίψαν κινοῦσι· καὶ δεῖ ψυχροῖς καταπλάσμασι τὰς ψύας καταπλάττειν, οἷον ἀπὸ ῥόδων καὶ σμήγματος βάτου.

Κεφ. δ'.

Περὶ ἰσχουρίας.

Ἰσχουρία ἐςὶν, ὅταν ἐπέχηται τελείως τὸ οὖρον· γίνεται δὲ διὰ λίθον, ἢ διὰ θρόμβωσιν· τοῦτο δὲ γνωρίζομεν ἐκ τοῦ προουρῆσαι αἷμα· ἢ δι' ἔμφραξιν· εἴρηται δὲ τὰ σημεῖα ἀνωτέρω, καὶ τοῦτο δῆλον ἐκ τῆς προηγησαμένης διαίτης παχυτέρας οὔσης καὶ δεῖ πάλιν τῷ καθετῆρι χρήσασθαι.

Κεφ. ε'.

Περὶ στραγγουρίας.

Στραγγουρία ἐςὶν, ὅταν συνεχῶς κατὰ στράγγα οὐρῶσι· γίνεται δὲ ἢ διὰ τὴν δριμύτητα τοῦ φερομένου οὔρου, ὅτε δεῖ συνεχῶς λούειν καὶ τρέφειν εὔχυμα, ἢ διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς κύςεως, μὴ δυναμένης κατέχειν, καὶ γίνεται διὰ ψύξιν καὶ δεῖ θερμᾶναι.

---

[1] ἀμίδα audit. Cf. Galen. *de loc. aff.* VI. 3.

Cap. VI.

De dysuria.

Dysuria est, quando cum dolore vel difficultate mingunt: hi autem parce quoque urinam excernunt: ac si quidem cum dolore mingunt, ulcus in vesica est, quo fit ut etiam pus effluat: oportetque boni succi alimenta his exhibere sensim maiori copia: acria enim et salsa ulcus fervere faciunt: iuvat eos etiam trochiscus cum physallide, i. e. alicacabo, cum lacte per caulem immissus. Haec ubi cum dolore mingunt. Sin autem difficulter et cum nisu et tarde, vesicae debilitas est et comprimere oportet hypochondrium manibus et excretionem adiuvare, et assidue coram iis mingere: proniores enim fimus ad mictum, quum alios mingentes videmus.

Cap. VII.

De urinae excretione praeter voluntatem.

Urinae excretio praeter voluntatem est, quando eam cohibere non valemus sed etiam inviti mingimus: contingit hoc propter resolutionem musculi in urethra, utendumque remediis ad paralysin i. e. calidis.

Cap. VIII.

De gonorrhoea.

Gonorrhoea est excretio seminis praeter voluntatem, quando sine libidinosa phantasia et sine voluptate emittitur. Contingit hoc in epilepsiis, ceterisque spasmis, semine prae tensione compresso: at contin-

Κεφ. ς'.

Περὶ δυσουρίας.

Δυσουρία ἐςὶν, ὅταν μετ' ὀδύνης ἢ δυσχερῶς οὐρῶσιν, οἱ δὲ αὐτοὶ καὶ πάλιν κατ' ὀλίγον οὐρῶσι· καὶ εἰ μὲν μετ' ὀδύνης οὐροῦσιν, ἕλκος ἐςὶν ἐν τῇ κύςει, ὅθεν καὶ πῦον οὐροῦσι· καὶ δεῖ εὔχυμον δίαιταν αὐτοῖς ἐπιδιδόναι, τὰ γὰρ δριμέα ἢ ἁλυκὰ ἀναζέουσι τὸ ἕλκος· ὠφελεῖ δὲ αὐτοὺς καὶ ὁ διὰ φυσαλλίδων τροχίσκος μετὰ γάλακτος διὰ τοῦ καυλοῦ ἐνιέμενος· οὕτω μὲν εἰ μετ' ὀδύνης οὐροῦσιν· εἰ δὲ δυσχερῶς, καὶ μόλις, καὶ βραδέως, ἀσθένειά ἐςι τῆς κύςεως καὶ δεῖ ἀποθλίβειν τὸ ὑπογάστριον ταῖς χερσὶ καὶ βοηθεῖν τῇ ἐκκρίσει, καὶ συνεχῶς οὐρεῖν ἐπὶ αὐτῶν· προθυμότεροι γὰρ γινόμεθα πρὸς οὔρησιν ὁρῶντες ἄλλους οὐροῦντας.

Κεφ. ζ'.

Περὶ ἀκουσίου οὐρήσεως.

Ἀκούσιος οὔρησίς ἐςιν, ὅταν μὴ δυνώμεθα κατέχειν τὸ οὖρον ἀλλὰ καὶ μὴ θέλοντες οὐρῶμεν· γίνεται δὲ οὕτω διὰ παράλυσιν μυὸς ἐν τῇ οὐρήθρᾳ καὶ δεῖ τοῖς πρὸς παράλυσιν βοηθήμασι χρῆσθαι, τουτέςι θερμοῖς.

Κεφ. η'.

Περὶ γονοῤῥοίας.

Γονόῤῥοιά ἐςιν ἀκούσιος καὶ ἀπροαίρετος ἔκκρισις τοῦ σπέρματος, ὅταν ἄνευ ἐρωτικῆς φαντασίας καὶ ἄνευ ἡδονῆς ἐκκρίνηται αὐτὸ, γίνεται δὲ τοῦτο ἔν τε ἐπιληψίαις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις σπασμοῖς, διὰ τὴν τάσιν συνθλιβο-

git etiam propter refrigerationem et debilitatem qua laborat vis cohibens vasorum spermaticorum, quo in casu rursum ad calida confugiendum.

Cap. IX.

De Priapismo.

Priapismus est, quum continuo erigitur pudendum nobis invitis morbusque priapismus nomen habet a Priapo, hic enim magnum habuit membrum virile. Oritur autem e spiritu flatuoso et praescribenda sunt corporis exercitationes et victus ratio calida, v. c. hydrogara et gustationem calidam et ad lumbos cataplasmata calida cum lana et similibus.

Cap. X.

De hernia inguinali.

Hernia inguinalis est, ubi illaxato peritonaeo circa inguinem vel rupto, usque ad inguen descendit intestinum: ac curatur, si parva est relaxatio medicamine adstringente et siccante veluti emplastro, quod Barbara dicitur, vel quod *δι' ἰτεῶν*, et deligatione quam deltiformem vocant; alii autem eam *μελίγαλα* appellant: sin multa est relaxatio ustione.

Cap. XI.

De hernia intestinali.

Intestinalis est hernia, quando multum rupto vel relaxato isto loco in ipsum scrotum descendit intestinum; praeter chirurgiam vero sanationem non recipit.

μένου τοῦ σπέρματος. γίνεται δὲ καὶ διὰ ψύξιν καὶ ἀσθένειαν τῆς καθεκτικῆς τῶν σπερματικῶν ἀγγείων δυνάμεως καὶ δεῖ πάλιν θερμᾶναι.

Κεφ. θ'.

Περὶ πριαπισμοῦ.

Πριαπισμός ἐςιν, ὅταν ἐκτείνηται συνεχῶς τὸ αἰδοῖον, ἡμῶν μὴ θελόντων, καὶ λέγεται πριαπισμὸς ἡ νόσος ἀπὸ τοῦ Πριάπου, οὗτος γὰρ μέγα εἶχε τὸ αἰδοῖον. γίνεται δὲ διὰ φυσῶδες πνεῦμα· καὶ δεῖ γυμνάσια ἐπιτάττειν καὶ θερμὴν δίαιταν οἷον ὑδρόγαρα καὶ προπόματα θερμαίνοντα καὶ πρὸς τὰς ψύας καταπλάσματα θερμὰ ἐρίοις καὶ τοῖς τοιούτοις.

Κεφ. ι'.

Περὶ βουβωνοκήλης.

Βουβωνοκήλη ἐςὶν, ὅταν ἀραιωθέντος τοῦ περιτοναίου περὶ τὸν βουβῶνα ἢ ῥαγέντος κατέλθῃ ἄχρι βουβῶνος τὸ ἔντερον, καὶ θεραπεύεται εἰ μὲν ὀλίγη ἐςὶν ἡ ἀραίωσις διὰ φαρμάκου στυπτικοῦ καὶ ξηραντικοῦ οἷον τῆς βαρβάρας, ἢ τῆς δι' ἰτεῶν καὶ ἐπιδεσμοῦ τοῦ λεγομένου δελτωτοῦ· τινὲς δὲ καλοῦσι τὸν ἐπιδεσμὸν τοῦτον μελίγαλα. εἰ δὲ πολλή ἐςιν ἡ ἀραίωσις διὰ καύσεως.

Κεφ. ια'.

Περὶ ἐντεροκήλης.

Ἐντεροκήλη ἐςὶν, ὅταν ἐπὶ πολὺ ῥαγέντος ἢ ἀραιωθέντος ἐκείνου τοῦ τόπου κατέλθῃ εἰς αὐτὸ τὸ ὄσχεον τὸ ἔντερον· ἄνευ δὲ χειρουργίας οὐκ ἐπιδέχεται ἴασιν.

Cap. XII.

De hygrocele.

Hygrocele est, quando in scroto aqua multa collecta est: dignoscitur hoc modo: in herniis intestinalibus intestinum sursum reducere possumus: in iis, qui hygrocele laborant, aquam reducere non possumus. Huic etiam malo manu medemur.

Cap. XIII.

De pneumatocele.

Pneumatocele praecipue oritur in pueris et medicaminum siccantium ope curatur, v. c. emplastro Athena vel Barbara.

Cap. XIV.

De cirsocele.

Cirsocele, ramex varicosus, est, ubi venula in scroto expansa est magis nigricantem sanguinem continens, veluti varex, quae proprie ita dicitur. Chirurgia vero curatur.

Cap. XV.

De sarcocele.

Sarcocele est, quando scrotum ipsum sanguinis affluxu crassius redditum est et durius instar calli. Malum autem insanabile est. Similiter atque steatomata steatocele habet: at quid sit steatoma postea dicetur.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ ὑγροκήλης.

Ὑγροκήλη ἐςὶν, ὅταν ἐν τῷ ὀσχέῳ ὕδωρ πολὺ ἀθροισθῇ· ἡ δὲ σημείωσις αὕτη· ἐπὶ μὲν τῶν ἐντεροκηλῶν δυνάμεθα ἀνασπάσαι τὸ ἔντερον· ἐπὶ δὲ τῶν ὑγροκηλικῶν οὐ δυνάμεθα τὸ ὕδωρ ἀνασπάσαι. Θεραπεύεται δὲ καὶ τοῦτο διὰ χειρουργίας.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ πνευματοκήλης.

Πνευματοκήλη γίνεται μάλιςα ἐπὶ παιδίων καὶ θεραπεύεται διὰ φαρμάκων ξηραντικῶν, οἷον τῆς Ἀθηνᾶς ἢ βαρβάρας.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ κιρσοκήλης.

Κιρσοκήλη ἐςὶν, ὅταν φλεβίον ἐν τῷ ὀσχέῳ ἀνευρυνθῇ περιέχον μελάντερον αἷμα ὥσπερ ὁ κυρίως κιρσός. Θεραπεύεται δὲ διὰ χειρουργίας.

Κεφ. ιε'.

Περὶ σαρκοκήλης.

Σαρκοκήλη ἐςὶν, ὅταν αὐτὸς ὁ ὀσχέος ἐξ ἐπιῤῥοῆς αἵματος ὑπερπαχυνθῇ καὶ ἀπολιθωθῇ, ὥσπερ πῶρος. ἔςι δὲ τὸ πάθος ἀνίατον· ὁμοίως καὶ ἡ ςεατοκήλη, ὥσπερ τὰ ςεατώματά ἐςι· ῥηθήσεται δὲ τί ἐςὶ ςεάτωμα ὕςερον.

DE MORBIS MULIERUM, QUI UTERO ACCIDUNT.

Cap. XVI.

De retento fluxu menstruo.

Retentio menstruorum est, quando mulieri non prouti solent menstrua prodeunt, v. c. propter obstructionem musculi orificii vel perversionem colli uteri, ac dignotio morbi quidem obstetrici committenda, ceterumque praescribenda decocta cassiae et spicae nardi, et calefacientium omnium et cucurbitae apponendae ad inguina et hypogastrium.

Cap. XVII.

De fluxu uterino.

Fluxus uterinus dicitur, quum solita maiori copia fluunt menstrua et sanguis, qui excernitur, aquosus est: oportet crassiorem victum praescribere, placentas, salsa et carnem suillam et ad mammas cucurbitas admovere et iniectiones adstringentes parare, qualia cum rubo, et myrrha et vino Cilicio.

Cap. XVIII.

De uteri suffocatione.

Uterina suffocatio est, quando mulier subito in terram lapsa spiritum non ducit sed mortua videtur: fit hoc e retentione menstruorum, vel ob amorem, vel retentionem seminis: accidit enim subinde ut mulier

ΠΕΡΙ ΓΥΝΑΙΚΕΙΩΝ ΠΑΘΩΝ, ΤΩΝ ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΜΗΤΡΑΝ.

Κεφ. ις'.

Περὶ ἐποχῆς ἐμμήνων.

Ἐποχὴ ἐμμήνων ἐςὶν, ὅταν μὴ κενοῖ ἡ γυνὴ τὰ καταμήνια, ὥσπερ εἰώθασιν, οἷον δι' ἔμφραξιν μυὸς τοῦ ςομίου, ἢ στρέβλωσιν τοῦ τραχήλου τῆς μήτρας καὶ δεῖ ἐπιτρέπειν τῇ ἰατρίνῃ σημειοῦσθαι καὶ λοιπὸν ζεμάτια ἐπιτάττειν ἀπὸ κασίας καὶ ναρδοςάχυος καὶ πάντων θερμαντικῶν καὶ σικύας παρέχειν εἰς τοὺς βουβῶνας καὶ τὸ ὑπογάςριον.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ γυναικείου ῥοῦ.

Γυναικεῖος ῥοῦς λέγεται, ὅταν πλέον τῶν συνηθῶν κενῶνται τὰ καταμήνια καὶ ὑδαρὲς ἢ τὸ αἷμα, τὸ κενούμενον. καὶ δεῖ παχυτέραν τροφὴν ἐπιτάσσειν οἷον ἴτριον καὶ ἅλυκὰ καὶ χοίρειον κρέας καὶ σικύας τιθέναι κατὰ τῶν μαζῶν καὶ κλύσματα ποιεῖν ςυπτικὰ οἷον διὰ βάτου καὶ μυρσίνης καὶ οἴνου Κιλικίου.

Κεφ. ιη'.

Περὶ ὑςέρας πνιγάδος.

Ὑςερικὴ πνὶξ ἐςιν, ὅταν ἐξαίφνης πεσοῦσα ἡ γυνὴ μὴ ἀναπνέῃ, ἀλλὰ νομίζηται νεκρά· γίνεται δὲ ἐπὶ ἐποχῇ ἐμμήνων, ἢ δι' ἔρωτα, ἢ δι' ἐποχὴν σπέρματος. ἔςι γὰρ ὅτε γυνὴ σώφρων τοῦ ἀνδρὸς ἀπόντος, ἢ παρθενεύουσα,

pudica absente marito, vel virgo, vel vidua cum viro non congressa semen colligat et hunc morbum patiatur; atque oportet ad illum extrema (i. e. manus et pedes) fricare et stomachum calefacere. Vir etiam eiusmodi malum patitur, quando diu a venere abstinuit.

Cap. XIX.

De pica.

Pica dicitur, quum mulier gravida circa mensem secundum vel tertium incongrua quaedam appetit v. c. testas, vel lapides, vel carbones: ad quod malum medicinam adhibere non oportet: cito enim evanescit temporis tractu. Fit autem a pravis exhalationibus uteri ad ventriculum adscendentibus.

Cap. XX.

De uteri adscensione s. anadrome.

Uteri anadrome est, ubi prae ira vel moestitia, vel siccitate sursum fertur uterus et mulierem angit: ad eam autem mulieris pedes vinculis sunt comprimendi et confusiones illi administrandae et cucurbita ad inguina adponenda: et superne quae malum odorem habent ad nares admovenda, veluti lychnus exstinctus: infra autem quae boni odoris sunt fumiganda, veluti styrax idque genus alia, ut ad inferiora revocemus uterum: hic enim bene olentibus delectatur.

---

1) Lacuna supplenda forte hoc modo *ἀνασπασθῇ ἡ ὑστέρα εἰς τὰ ἄνω*, vel *εἰς τὸν θώρακα*. — Antiqui enim crede-

ἡ χήρα μὴ συνερχομένη ἀνδρὶ συνάγει σπέρμα καὶ ὑπομένει τὸ τοιοῦτον πάθος· καὶ δεῖ ἐπὶ τούτων τὰ ἄκρα τρίβειν (ἤτοι χεῖρας καὶ πόδας) καὶ τὸν ϛόμαχον θερμαίνειν· πάσχει δὲ καὶ ἀνὴρ τοιούτῳ πάθει, ὅταν μὴ κεχρῆται ἀφροδισίοις ἐπὶ πολὺν χρόνον.

Κεφ. ιθ'.

Περὶ κίσσης.

Κίσσα λέγεται, ὅταν ἐν γαϛρὶ ἔχουσα ἡ γυνὴ περὶ τὸν δεύτερον ἢ τρίτον μῆνα ὀρέγηται ἀτόπων τινῶν, οἷον ὄστρακα, ἢ λίθους, ἢ κάρβωνας. οὐ δεῖ δὲ πρὸς τοῦτο τὸ πάθος ἰατρεύειν τι, παύεται γὰρ ταχέως τοῦ χρόνου προκόπτοντος· γίνεται δὲ ἀπὸ τῶν μοχθηρῶν ἀτμῶν τῆς μήτρας φερομένων ἐπὶ τὸν ϛόμαχον.

Κεφ. κ'.

Περὶ ἀναδρομῆς.

Ἀναδρομή ἐϛιν, ὅταν ἀπὸ θυμοῦ, ἢ λύπης, ἢ ξηρότητος ἀνασπασθῇ [1] καὶ πνίγῃ τὴν γυναῖκα. καὶ δεῖ ἐπὶ τοῦτο δεσμεῖν τὴν γυναῖκα κατὰ πόδας καὶ καταντλεῖν καὶ σικύαν παρέχειν εἰς τοὺς βουβῶνας, καὶ ἄνωθεν μὲν τὰ δυσώδη πρὸς τὴν ῥῖνα προσφέρειν, οἷον λύχνον ἀπεσβεσμένον· κάτωθεν δὲ τὰ εὐώδη θυμιᾷν, οἷον ϛύρακα καὶ τὰ τοιαῦτα· ἵνα προκαλεσώμεθα ἐπὶ τὰ κάτω τὴν μήτραν· χαίρει γὰρ αὐτὴ ἐν τοῖς εὐοσμοῖς.

---

bant uterum per universum mulieris corpus capite et extremitatibus exceptis veluti vagari posse.

Cap. XXI.

De non perforatis.

Non perforatae dicuntur mulieres, quae pudendum penitus occlusum habent a primae inde vitae tempore: has autem obstetrices vulnerant.

Cap. XXII.

De uteri procidentia.

Saepe quidem in partu ex vi illata uterus in conspectum prodit in eoque situ manet, quo facto adstringentibus irrigationibus utendum, veluti Herae trochisco soluto in vino palmato vel Tyriaco.

Cap. XIII.

De mola.

Mola est, quando mulier gravidam sese esse existimat et lapso aliquo tempore carnem informem in lucem edit.

Atque haec quidem de morbis in singulis partibus locum obtinentibus concinne dicta sunt: iam vero agendum de iis, qui in universo corpore contingunt.

INITIUM SEPTIMI LIBRI.

Cap I.

De inflammatione.

Itaque incipiamus ab inflammatione. Inflammatio tumor est durus, ruber, cum dolore; fit ex sanguine

Κεφ. κα΄.

Περὶ ἀτρήτων.

Ἄτρητοι γυναῖκες λέγονται αἱ μὴ ἔχουσαι τετρημένον τὸ αἰδοῖον ἐκ γενετῆς. καὶ ταύτας τιτρώσκουσιν αἱ ἰατρῖναι.

Κεφ. κβ΄.

Περὶ προπτώσεως μήτρας.

Πολλάκις δὲ ἐν τῷ τίκτειν ἀπὸ βίας προκύπτει ἡ μήτρα καὶ μένει οὕτως καὶ δεῖ ςυπτικοῖς ἀντλήμασι χρῆσθαι............. οἷον τῷ ἥρᾳ τροχίσκῳ ἀναλυομένῳ εἰς σπαθήτην ἢ τυριακὸν οἶνον.

Κεφ. κγ΄.

Περὶ μύλης.

Μύλη ἐςὶν, ὅταν γυνὴ νομίζῃ ἐν γαςρὶ ἔχειν καὶ μετὰ χρόνον τινὰ τέκῃ ἀδιάπλαςον σάρκα.

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν ἑκάςου μορίου παθῶν συντόμως εἴρηται· περὶ δὲ τῶν κοινῶν συμβαινόντων ἤδη λεκτέον.

ἈΡΧΗ ΤΟΥ ἙΒΔΟΜΟΥ ΛΟΓΟΥ.

Κεφ. α΄.

Περὶ φλεγμονῆς.

Ἀρχώμεθα τοίνυν ἀπὸ φλεγμονῆς. Φλεγμονή ἐςιν ὄγκος σκληρὸς, ἐρυθρὸς, μετ᾽ ὀδύνης· γίνεται ἐξ αἵμα-

et principio quidem repellentibus uti convenit, veluti Iacobio vel linteis vino madidis. Tandem quum non amplius ad partem adfluunt humores diaphoreticis, emplastro cum aloë, citrino: ante omnia vero vena secanda, si corpus vigeat.

Cap. II.

De erysipelate.

Erysipelas tumor est dolens flavior phlegmone: oritur e sanguine, qui flavae bilis est particeps: et curatur quemadmodum inflammatio.

Cap. III.

De herpete.

Herpes tumor est calidus, pallens e viridi, fitque a bile, et duas, sicuti in secundo libro ad Glauconem dictum est, habet diversitates. Alter dicitur *κεγχρίας* i. e. miliaris, quippe parva ulcuscula habet milii instar: alter vero *ἐσθιόμενος* i. e. exedens, quum carnes exedat et consumat. Curatur vero succo strychni et coriandri et aceto et iis, quae ad depascentia ulcera faciunt.

---

1) Cap. 1. lib. V. itidem *ἰακωβίας* fit mentio: nunc etiam emplastrum esse mihi videtur. Ibi quoque *πύγματα ἀπὸ χαμαιμήλου.* h. l. *πύγμα οἴνου.* Ad illum locum de *πτύγματα* emendando cogitaveram, quasi spectaret lintea chamomillae infuso madefacta: hoc quidem quod ad rem ipsam, quum de externo remedio et eo tonico

τος καὶ δεῖ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀποκρουςικοῖς χρήσασθαι; οἷον [1] τῇ ἰακωβίᾳ ἢ πύγματι οἴνου. τελευταῖον δὲ ὅταν μηκέτι ῥευματίζηται τὸ μόριον διαφορητικοῖς, οἷον τῇ δι' ἀλωῶν, τῇ κιτρίνῃ· δεῖ δὲ πρῶτον φλεβοτομεῖν, εἴ γε ἄρα δύναται τὸ σῶμα.

Κεφ. β'.

Περὶ ἐρυσιπέλατος.

Ἐρυσίπελάς ἐςι μετ' ὀδύνης ὄγκος ξανθότερος φλεγμονῆς· γίνεται δὲ ἐπὶ αἵματι ξανθοχολικωτέρῳ· θεραπεύεται δὲ ὥσπερ ἡ φλεγμονή.

Κεφ. γ'.

Περὶ ἕρπητος.

Ἕρπης ἐςὶν ὄγκος θερμὸς ὠχρότερος, καὶ γίνεται ἀπὸ χολῆς, καὶ ἔχει διαφορὰς δύο, ὡς εἴρηται ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ πρὸς Γλαύκωνα. ὁ μὲν γὰρ λέγεται [2] κεγχρίας, ἐπειδὴ ἔχει ψυδράκια μικρὰ ὥσπερ κέγχρος. ὁ δὲ δεύτερος ἐσθιόμενος, ἐπειδὴ τρώγει καὶ νέμεται τὴν σάρκα. θεραπεύεται δὲ διὰ χυλοῦ στρυχνοῦ καὶ κοριάνδρου, ὄξους τε καὶ τῶν πρὸς νομὴν ἐπιτηδείων.

---

sermo sit, nunc etiam satis placet: sed minus quod ad ipsum vocabulum. — Nimirum in perpetua vocalium η et υ fluctuatione vellem πήγματα legere eodem sensu quo ςύμματα.

2) De hac herpetum divisione cap. I. lib. V. p. 74. Kühnii.

Cap. IV.

De scirrho.

Scirrhus tumor est durus, niger, sine dolore; nascitur vero e melancholico humore: quod in collo fit struma dicitur. Curatur sectione et ustione vel ope medicaminum emollientium: qualia emplastrum κωφή dictum et citrinum.

Cap. V.

De oedemate.

Oedema tumor est non dolens, in quem si digitum impingas, cavum oritur et tempore aliquo lapso rursum evanescit: fit autem a pituita et sunt qui φύγεθλον vocent. Curatur autem spongia madida ex aqua marina, vel aceto, vel lixivio tumori imposita et deligata ita ut comprimat tumorem, sicuti dictum in secundo libro ad Glauconem.

Cap. VI.

De abscessu.

Abscessus est, quando inflammatio in pus transiit et dolor adest vehemens et pulsans: itaque lavandus est et cataplasmate utendum cum duobus seminibus, vel diaphoretico et incidendum. Abscessus autem incisus sinus remanet, qui aqua mulsa eluendus ope fistulae vulnerariae, utendumque adglutinanti medicamine, veluti eo, quod cum Dictamno paratur, vel quod δι' ἰτεῶν, cum salice.

Κεφ. δ'.

Περὶ σκίῤῥου.

Σκίῤῥος ἐςὶν ὄγκος σκληρὸς μέλας ἄνευ ὀδύνης, γίνεται δὲ ἐπὶ μελαγχολικῷ χυμῷ· ὅταν δὲ γένηται ἐν τῷ τραχήλῳ λέγεται χοιράς. θεραπεύεται διὰ χειρουργίας καὶ καύσεως, ἢ διὰ τῶν μαλακτικῶν φαρμάκων· οἷόν ἐςιν ἡ κωφὴ καὶ τὸ κίτρινον.

Κεφ. ε'.

Περὶ οἰδήματος.

Οἴδημά ἐςιν ὄγκος ἀνώδυνος, ὅταν πήξῃς ἐν αὐτῷ τὸν δάκτυλον κοιλαίνεται καὶ πάλιν μετὰ ὥραν καθίςαται· γίνεται δὲ ἀπὸ φλέγματος καὶ καλοῦσιν αὐτό τινες φύγεθλον· θεραπεύεται δὲ ἐὰν σπόγγον βρέξαντες εἰς θαλάσσιον ὕδωρ, ἢ ὄξος, ἢ ςακτὴν ἐπιθῶμεν καὶ ἐπιδήσαντες σφίγξωμεν, ὡς εἴρηται ἐν [1] τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν πρὸς Γλαύκωνα.

Κεφ. ς'.

Περὶ ἀποςήματος.

Ἀπόςημά ἐςιν, ὅταν ἡ φλεγμονὴ εἰς πῦον μεταβληθῇ καὶ ὀδύνην σφοδρὰν ἔχῃ καὶ σφυγματώδη· δεῖ οὖν λούειν καὶ καταπλάττειν τῷ διὰ δύο σπερμάτων, ἢ τῷ διαφορητικῷ χρήσασθαι καὶ χειρουργῆσαι· ὅταν δὲ χειρουργηθῇ τὸ ἀπόςημα ἐν κόλπῳ μένει καὶ δεῖ μελικράτῳ κλύζειν διὰ τοῦ τραυματικοῦ φυσωρίου καὶ παρακολλητικῷ χρῆσθαι φαρμάκῳ, οἷον τῷ διὰ δικτάμνου, ἢ τῇ δι' ἰτεῶν.

---

1) Cf. cap. 5. lib. II. *ad Glauconem.*

Cap. VII.

De anthrace.

Anthrax est, quando sanguis niger et calidus adfluens partem adurit et escharam facit: hoc etiam tamquam simplex vulnus curandum est.

Cap. VIII.

De furunculo.

Furunculus phyma est a calidiore sanguine ortum, ac praecipue in pueris, nascitur autem ad astragalos: sunt qui *μελανθράκην* vocent; curatur autem simplici cataplasmate et medicamento.

Cap. IX.

De bubone.

Bubo inflammatio glandularum est, nascitur autem imprimis in feminibus et axillis et collo: curatur autem sicuti phlegmone. Interdum in abscessum abit.

Cap. X.

De arthritide, podagra et ischiade.

Arthritis fit, quando pituita tenax vel bilis in articulorum ligamenta confluit, quod quum in omnibus articulis contingit dicitur arthritis; quum in pedibus, vocatur podagra: quum in acetabulo, ischias dicitur: saepe his laborantes purgandi sunt utendumque medicaminibus in formularum collectionibus annotatis.

Κεφ. ζ'.

Περὶ ἄνθρακος.

Ἄνθραξ ἐςὶν, ὅταν αἷμα μέλαν καὶ θερμὸν ἐπιῤῥεῦσαν καύσῃ τὸ μόριον καὶ ἐσχάραν ποιήσῃ καὶ δεῖ καὶ τοῦτο ὡς ψιλὸν ἕλκος θεραπεύειν.

Κεφ. η'.

Περὶ δοθίωνος.

Δοθίων ἐςὶ φῦμα ἀπὸ αἵματος θερμοτέρου γινόμενον, μάλιςα παιδίοις· γίνεται δὲ εἰς τὰ σφυρώματα· τινὲς δὲ καλοῦσιν αὐτὸ μελανθράκην. θεραπεύεται δὲ διὰ ψιλοῦ καταπλάσματος καὶ φαρμάκου.

Κεφ. θ'.

Περὶ βουβῶνος.

Βουβὼν ἐςι φλεγμονὴ τῶν ἀδένων. μάλιςα δὲ γίνεται ἐν τοῖς μηροῖς καὶ μασχάλαις καὶ τραχήλῳ. θεραπεύεται δὲ ὥσπερ ἡ φλεγμονή· ἔστι δὲ ὅτε καὶ εἰς ἀπόςασιν μεταβάλλει.

Κεφ. ι'.

Περὶ ἀρθρίτιδος, ποδάγρας καὶ ἰσχιάδος.

Ἀρθρῖτις γίνεται, ὅταν φλέγμα μυξῶδες, ἢ χολὴ ἐπιῤῥεύσῃ ἐν τοῖς συνδεσμοῖς τῶν ἄρθρων, καὶ εἰ μὲν εἰς ὅλα τὰ ἄρθρα γένηται λέγεται ἀρθρῖτις· εἰ δὲ εἰς τοὺς πόδας, λέγεται ποδάγρα· εἰ δὲ εἰς τὴν κοτύλην, λέγεται ἰσχιάς· δεῖ δὲ καθαίρειν τοὺς τοιούτους πολλάκις καὶ κεχρῆσθαι τοῖς ἐμφερομένοις ἐν τοῖς δυναμεροῖς βοηθήμασι.

Cap. XI.

De steatomate.

Steatoma est tumor durus, rotundus, continens liquidum densum, sicuti fermentum, vel magis liquidum: curatur autem sectione: difficulter enim alia ratione discutitur.

Cap. XII.

De atheromate.

Atheroma tumor est rotundus, steatomate mollior, similiter liquidum continens: qui atheroma vocatur, quia atherae i. e. pulticulae similis est. — Huic etiam manu medentur.

Cap. XIII.

De meliceride.

Meliceris tumor est multa habens foramina, e quibus defluit humor melli similis, unde nomen meliceris: sunt qui *καμηλάνθρακα* vocent.

Cap. XIV.

De verrucis.

Verruca tumor oblongus est, similis extremitati funis: sin durior est, clavus vocatur: fit autem e crassiori humore ad pedes et manus: ac sunt, qui eas resecent et cauterio frigido adurant.

Κεφ. ια'.

Περὶ ϛεατώματος.

Στεάτωμά ἐϛιν ὄγκος σκληρὸς ϛρογγύλος περιέχων ὑγρὸν παχὺ, ὡς ἡ ζύμη, ἢ ὑγρότερον· θεραπεύεται δὲ διὰ χειρουργίας· ἄλλως γὰρ διαφορῆσαι δύσκολον.

Κεφ. ιβ'.

Περὶ ἀθηρώματος.

Ἀθήρωμά ἐϛιν ὄγκος ϛρογγύλος μαλακώτερος τοῦ ϛεατώματος, περιέχων ὁμοίως ὑγρὸν, ὅπερ ἀθήρωμα λεγόμενος [1] .... καὶ οὕτως διὰ χειρουργίας θεραπεύεται.

Κεφ. ιγ'.

Περὶ μελικηρίδος.

Μελικηρίς ἐϛιν ὄγκος ἔχων πολλὰς τροπὰς, ἐξ ὧν ἀποῤῥεῖ ὑγρὸν ἐοικὸς μέλιτι, ὅθεν λέγεται μελικηρίς· τινὲς δὲ αὐτὴν λέγουσι καμηλάνθρακα.

Κεφ. ιδ'.

Περὶ ἀκροχορδόνων.

Ἀκροχόρδων ἐϛὶ μῆκος ὄγκου ἐοικὸς τῷ πέρατι τῆς χορδῆς· εἰ δὲ σκληρότερός ἐϛι, λέγεται ἧλος· γίνεται δὲ ἀπὸ παχυτέρου χυμοῦ περὶ τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας καὶ τινες τέμνουσιν αὐτὰς, ἢ καίουσι ψυχρῷ καυτῆρι.

---

1) Forte λεγόμενον ὅτι ὅμοιον ἀθήρᾳ. Tum vero pro οὕτως malim οὗτος.

Cap. XV.

De lepra.

Lepra fit ex corrosivo humore, quo fit ut squammae quoque decidant; malum autem, ubi superius evasit, insanabile.

Cap. XVI.

De myrmecia.

Myrmecia tumor est durissimus, vix curatione indigens: ut plurimum parvos quoque capillos habet.

Cap. XVII.

De impetigine.

Impetigo oritur e calido sanguine et putrescente: curatur autem inunctione medicaminum idoneorum.

Cap. XVIII.

De scabie.

Scabies nascitur e salsa et putrescente pituita: hac laborantes purgare oportet et illinire unguentis ad scabiem.

Cap. XIX.

De alphis.

Alphi duas habent diversitates, alter enim albus est et nascitur a pituita; alii nigri fiuntque a melancholico humore: ac remedia ad illos notata sunt in formularum medicinalium collectionibus.

Cap. XX.

De alopecia et ophiasi.

Alopecia est, quum capilli de capite defluunt propter

Κεφ. ιε'.

Περὶ λέπρας.

Λέπρα γίνεται ἐπὶ χυμῷ διαβρωτικῷ, ὅθεν καὶ λεπίδες ἀποπίπτουσιν· ἔςι δὲ τὸ πάθος, εἰ κατακρατήσῃ, ἀνίατον.

Κεφ. ις'.

Περὶ μυρμηκιᾶς.

Ἡ μυρμηκιὰ σκληρότατος ὄγκος ἐςὶ σχεδὸν μὴ δεόμενος θεραπείας· ὡς ἐπίπαν ἔχει δὲ καὶ τρίχας μικράς.

Κεφ. ιζ'.

Περὶ λιχῆνος.

Ὁ λιχὴν γίνεται ἐπὶ θερμῷ καὶ σεσηπότι αἵματι. θεραπεύεται δέ τινι τῶν ἐπιτηδείων καταχριόμενος.

Κεφ. ιη'.

Περὶ ψώρας.

Ἡ ψώρα γίνεται ἐπὶ φλέγματι ἁλμυρῷ καὶ σεσηπότι· καὶ δεῖ τούτους καθαίρειν καὶ συγχρίειν τοῖς ψωρικοῖς ἐπιχρίσμασιν.

Κεφ. ιθ'.

Περὶ ἀλφῶν.

Οἱ ἀλφοὶ δύο διαφορὰς ἔχουσιν, ὁ μὲν γὰρ ἐςι λευκὸς, καὶ γίνεται ἀπὸ φλέγματος, οἱ δὲ μέλανες, καὶ γίνονται ἀπὸ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. καὶ γέγραπται περὶ αὐτῶν βοηθήματα ἐν τοῖς δυναμεροῖς.

Κεφ. κ'.

Περὶ ἀλωπεκίας καὶ ὀφιάσεως.

Ἀλωπεκία ἐςὶν, ὅταν αἱ τρίχες ἀποπίπτωσι τῆς κεφα-

humorem acrem et corrodentem, eorum radices absumentem. Ophiasis autem forma differt: ophiasis enim magis curvata serpentis instar: dictum autem de his et ceteris fere omnibus a GALENO in libris de morbis secundum locos.

Cap. XXI.

De varice.

Varex est, ubi venula in pede vel in femore expansa est et repleta sanguine crassiori et magis melancholico: ad hoc malum cirsotomiam adhibemus.

Cap. XXII.

De punctione s. nervorum vulnere.

Punctio dicitur vulnus in nervo, quum hic non totus abscissus est, sed stylo vel alio instrumento huius generis punctus: utendumque tenuibus medicaminibus, veluti tragacantha, euphorbio, nec lavandum, neque aqua tangenda, sed oleo tepido irrigandum, uti praecipit GALENUS in tertio libro de compositione medicamentorum secundum genera, ibi enim mirabiliter circumscribit nervorum vulnera.

Cap. XXIII.

De avulsis et ruptis.

Avulsio, quam plebs τζίρμα vocat, divisio est in imo musculi tendine, ruptio vero disiunctio carnosarum partium musculorum, quae dicitur θλάσμα: indicantur ad eos remedia in formulis medicinalibus.

---

1) Est liber III. non IV. *De Medic. Comp.* per genera,

λῆς, διὰ χυμὸν δριμὺν καὶ διαβρωτικὸν κόπτοντα τὰς ῥίζας αὐτῶν. διαφέρει δὲ ἡ ὀφίασις τῷ σχήματι· ἡ γὰρ ὀφίασις σκολιωτέρα ἐςὶν ὥσπερ οἱ ὄφεις· εἴρηται δὲ περὶ τούτων καὶ τῶν ἄλλων σχεδὸν ἁπάντων τῷ Γαληνῷ ἐν τῷ κατὰ τόπους.

Κεφ. κα'.

Περὶ κιρσοῦ.

Κιρσός ἐςιν, ὅταν φλεβίον ἐν τῷ ποδὶ ἢ ἐν τῷ μηρῷ εὐρυνθῇ καὶ πληρωθῇ αἵματος παχυτέρου καὶ μελαγχολικωτέρου· ἐπὶ τούτου χρώμεθα τῇ κιρσοτομίᾳ.

Κεφ. κβ'.

Περὶ νύγματος, (ἤτοι νευροτρώτου.)

Νύγμα λέγεται τὸ ἕλκος τὸ ἐν τῷ νεύρῳ, ὅταν μὴ δι' ὅλου τμηθῇ τὸ νεῦρον ἀλλ' ὑπὸ γραφίου ἢ τοιούτου τινὸς νυγῇ· καὶ δεῖ τοῖς λεπτοτέροις φαρμάκοις χρήσασθαι, οἷον τῇ τραγακάνθῃ, τῷ εὐφορβίῳ, καὶ μὴ λούειν μηδὲ ἅπτεσθαι ὕδατος, ἀλλ' ἐλαίῳ χλιαρῷ καταντλεῖν, ὡς Γαληνὸς ἐν [1] τῷ τετάρτῳ τῆς κατὰ γένους, ἐκεῖ γὰρ θαυμαςῶς περιοδεύει τοὺς νευροτρώτους.

Κεφ. κγ'.

Περὶ σπάσματος καὶ ῥήγματος.

Σπασμός ἐςιν, ὅπερ καλοῦσιν οἱ ἰδιῶται τζίρμα, διαίρεσις ἐν βάθει τῶν ἰνῶν τοῦ μυός· ῥῆγμα δὲ διαίρεσις ἐν βάθει τῶν σαρκωδῶν μορίων τῶν μυῶν, ὅπερ λέγεται θλάσμα· φέρεται δὲ πρὸς ταῦτα βοηθήματα ἐν τοῖς δυναμεροῖς.

---

[1] ubi GAL. remedia ad nervorum vulnera exponit.

Cap. XXIV.

De fractura.

Fractura disiunctio ossis est, adhibendaque extensio et contratensio et compositio et deligatio, ut in libro de fracturis et articulis dictum est.

Cap. XXV.

De ecbyrsomate, s. fractura cum vulnere.

Ecbyrsoma dicitur, quum facta fractura osseque in conspectum prodeunte cutis solutum est continuum et pars ossis foras exiit. Curatur sicuti fracturae, cura vulneris.

Cap. XXVI.

De exarticulatione et subexarticulatione.

Exarticulatio dicitur quum ossa e naturali coniunctione dimota sunt, veluti ulna e brachio. Sin autem paululum tantum dimota sunt, subexarticulatio audit. Utraque perinde ac fractura curatur.

Haec, optime, a me iam conscripta sunt ut in memoriam tibi revocarem concinne et perspicua oratione. Scientiae enim cupidorum parum interest nominum, in quantum tendunt ad res ipsas. Ac in his quidem, Deo iuvante, nobis est

FINIS.



Κεφ. κδ'.

Περὶ κατάγματος.

Κάταγμά ἐςι τοῦ ὀςέου ἡ διαίρεσις καὶ δεῖ τάσει καὶ ἀντιτάσει χρῆσθαι καὶ διαπλάσει καὶ ἐπιδέσει, ὡς εἴρηται ἐν τῷ περὶ ἀγμῶν καὶ ἄρθρων.

Κεφ. κε'.

Περὶ ἐκβυρσώματος.

Ἐκβύρσωμα λέγεται, ὅταν κατάγματος γενομένου καὶ φανέντος τοῦ ὀςοῦ τὸ δέρμα διαιρεθῇ καὶ ἐξέλθῃ μέρος τοῦ ὀςοῦ. θεραπεύεται δὲ ὥσπερ τὰ κατάγματα ἐπιμελείᾳ τοῦ ἕλκους.

Κεφ. κς'.

Περὶ ἐξαρθρήματος καὶ παραρθρήματος.

Ἐξάρθρημα λέγεται, ὅταν τὰ ἡρμοσμένα ὀςᾶ παρακινηθῇ, οἷον πῆχυς ἐκ τοῦ βραχίονος· εἰ δὲ ἐπ' ὀλίγον μεταςῇ, λέγεται παράρθρημα. θεραπεύεται δὲ ἀμφότερα ὡς τὰ κατάγματα.

Ταῦτά μοι, θαυμάσιε, γέγραπται ἤδη ἀναμνήσεως ἕνεκεν συντόμου ἅμα καὶ διὰ σαφῶν λέξεων· τοῖς γὰρ ἐπίςασθαι σπουδαίοις ὀλίγον μέλει τῶν ὀνομάτων, ὅσον ἐπείγονται πρὸς τὰ πράγματα· ἐν οἷς σὺν Θεῷ τὸ

ΤΕΛΟΣ.



Codex MS, ex quo Leonis Synopsin edidi, descriptus est a librario, qui dictantis verba calamo excipiebat et perparum Graece intelligebat. Hic praeter alia multa vitia imprimis sic vocabula corrupit, ut vocales ac diphthongos, quorum pronuntiatio parum aut nihil discrepabat, ubique temere miscuerit ac verborum monstra descripserit: adscribamus de permultis pauca.

Confundit ubique:

ε — αι. hinc ἐπιπολέου, ὄζεναι, ἐξέρετος et contra αἰμοῦνται, πάραισις, πάραιτος.

η — ι. in μασιτῆρες, σκορδινισμός, ἡμίπλικτος et φθήσις, φρενῆτις, πτησάνη.

η — ει. ut χρεῖσθαι. ἑρμεινεύειν. contra φθῆρες, κροκοδήλῳ.

ι — ει. χειτών et θεραπία, ἀλίφειν.

η — ει. ἴδεις, κατενέγκει, προπέσει, τρωθεῖ, παχυνθεῖ. Hinc laeta soloecismorum seges.

υ — οι. ἀθρυσθῇ. αἰδύον. δύσπνυα, contra ἐμποίημα ποῖον.

ο — ω. ἰδιόται, κολύει. ὀδύνονται. παραδέδοκε.

Istas autem vocabulorum sordes, quae facili et certa medicina tolluntur, ubique eluimus; neque id quisquam indigne feret, reputans haec omnia non solum Graece scientes offendere, sed nonnumquam etiam paulo minus peritos odiose morari. Ceteros etiam errores certo deprehensos correximus: tamen ne quis nimium me licentiae in hoc genere mihi sumsisse conqueri posset, et in animadversionibus subiectis codicis lectiones exhibui, et hic addam reliqua pauca, in quibus incertior emendatio erat.

Lib. II. cap. 4. (*καὶ δοκῶ*)*σι.* Supplevi de coniectura.

7. *Τοῦ δὲ ληθάργου* — *ὡς τοῦ ληθάργου* in MS. in margine leguntur, sed recipienda putavi.

Lib. III. cap. 1. *τὸ ἠθμοειδές.* MS. *νομοειδές.*

6. MS. *κινεῖται* et *ἐμποιεῖ.* Istiusmodi soloecismos ubique correxi.

8. *ἐκςρέψας.* MS. *ἐκτρέψας* et iterum cap. seq. Sed *ἐκςρέφειν*, quod servatum est cap. 12. unice verum est. Cf. Aristoph. *Plut.* vs. 721.

16. *μὴ γένωνται. μὴ* in Cod. non legitur. Addendum esse et sententia evincit, et Auctoris *de fin. Med.*, Aëtii et Pauli loci de hoc morbo. Forma *ἀνακολλίζειν* in fine Lexica augeri possunt.

29. *πρὸς τοῦτο.* Cod. *πρῶτον.*

39. *πρὸ λύχνων.* Cod. *προλύχνον.*

Lib. IV. cap. 3. *θεραπεύειν.* de meo supplevi. Possis etiam omisso *θεραπεύειν* pro *χρή* reponere *χρῶ*.

8. *ψυχρὸν καυτῆρα.* Medicamen aliquod corrosivum esse existimo.

ibid. MS. *σαφυλὴ δὲ ὅταν φλεγμαίνει τὸ κάτω καὶ παχυνθεῖ ὥσπερ κίων. ἱμὰς δέ κτλ.* quae exciderant, revocavi ex Theophr. Nonno. cap. 122.

10. *καὶ παρασυνάγχης. καί* addidi, quod in Cod. deëst. Videmus *παρασυνάγχης* descriptionem deësse. Cf. Galen. *de locis affectis.* IV. 6. Paulum III. 27.

12 *εἰ δὲ ἀραιά.* MS. *εἰ δὲ σερεά.*

13. *μετὰ ῥυτοῦ.* Notandus locus Pselli in *Gloss.* (in Boisson. *Anecd. Graec.* T. I. p. 239.) *Βρυτὸς, πόμα ἐκ κριθῶν.* ubi doct. Editor adire iubet Gruner. *Hist. Zythor.* p. 40.

19. *ζεματίοις — πυρίᾳ τε καί.* MS. *ζεμάτιᾳ — πυριαθὲν καί.*

Lib. V. cap. 1. *τοῦ σομάχου.* MS. *τοῦ σώματος.* Perperam, uti apparet ex sqq.

ibid. *ἐπιτιθέναι.* MS. *ἐπίθεμα.* Ceterum *ἡ ἰακωβία* emplastrum esse videtur; *ὁ ἥλαιος* quid sit, non exputo.

7. *τὰ κερασικά.* An *κεράτια*?

10. *διὰ ξυλομάκερος κόκκοις.* MS. *διὰ ξυλομάκαρος κοηκοῖς.* Emendavi ex Theophr. Nonno cap. 168.

Lib. VI. cap. 17. πλάσματα ποιεῖν ςυπτικά. MS. π. π. αἰγυπτιακά.

Lib. VII. in fin. ἐπίςασθαι. MS. κτᾶσθαι.

Deinde verbo monendum est, irrepsisse hic illic in Leonis orationem Glossemata, quibus dictiones minus vulgo notae illustrarentur, addito fere τουτέςι aut ἤτοι. Ista omnia facile deprehenduntur: nos pleraque uncinis inclusimus.



INCERTI AUCTORIS

TRACTATUS DE CIBIS, E LIBRO DE MEDICINA

AD

CONSTANTINUM POGONATUM.

E LIBRO DE MEDICINA AD CONSTANTINUM POGONATUM, IMPERATOREM

TRACTATUS.

DE CIBIS.

(*Est hic manifesto doctissimo viro compositus*).

Cap. I.

Natura et facultas ciborum et potuum ex eorum gustu cognoscitur. Gustus vero octo distinguuntur: gustus dulcis, gustus amarus, gustus salsus, gustus acer, gustus pinguis, gustus adstringens, gustus acidus, gustus sensu carens.

Ac dulcis quidem gustus calidus est et humidus, atque illis convenit, qui moderate habent et qui boni sanguinis copia gaudent, qui ipse temperatam habeat mistionem. In iis vero qui calida et sicca et biliosa

---

1) Haec capita usque ad finem capitis *Περὶ οἰνοποσίας* in MS. ad calcem ceterorum aliaque, ut videtur, manu, descripta leguntur. Aptius ceteris praefigi mihi videbantur, adeoque transtuli. Ceterum id animadvertendum, in MS. numeros quosdam ad marginem indicari: hoc quidem loco *νκθ'*, ad seq. caput *νλ'*, dein *μδ'*, denique *με'*. Libelli inscriptio indicat, *fragmentum* esse ex libro *de Medicina ad Constantinum Pogonatum.*

ἘΞ ἸΑΤΡΙΚΗΣ ΒΙΒΛΟΥ ΠΡΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΝ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΟΝ ΠΩΓΩΝΑΤΟΝ

ΠΕΡΙ ΤΡΟΦΩΝ.

ΣΥΝΤΑΓΜΑ.

(Τυγχάνει τόδε σαφῶς πονηθὲν παρὰ ἀνδρὸς σοφωτάτου).

Κεφ. α'.

[1] *Γνωςὴ ἡ φύσις καὶ ἡ δύναμις τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων ἐκ τῆς αὐτῶν γεύσεως· αἱ δὲ γεύσεις διαιροῦνται εἰς* [2] *ὀκτώ· γεῦσις γλυκεῖα· γεῦσις πικρά· γεῦσις ἁλμυρά· γεῦσις δριμεῖα· γεῦσις λιπαρά· γεῦσις ςυπτική·* [3] *γεῦσις ὀξίζουσα· γεῦσις μὴ ἔχουσα αἴσθησιν.*

Καὶ ἡ μὲν γλυκεῖα γεῦσις ὑπάρχει θερμὴ καὶ ὑγρὰ, καὶ ἁρμόζουσα τοῖς ἔχουσι σύμμετρον, καὶ πλεονάζει εἰς αὐτοὺς αἷμα εὔχρηςον, ἔχον σύμμετρον κρᾶσιν. τοῖς δὲ σώματα ἔχουσι θερμὰ καὶ ξηρὰ καὶ χολώδη μετατρέπε-

2) Cf. Gal. *de rem. Simpl.* I. 38.

3) In cod. legebatur: *μὴ ἔχουσα αἴσθησιν γεῦσις τίκτουσα.* Sed quia sic septem tantum genera enumerantur, quis dubitabit pro corruptis *γεῦσις τίκτουσα* restituendum fuisse *ὀξίζουσα*? quae exponitur in seqq., unde etiam apparet, retrahenda esse haec verba, in locum septimum, atque ultima fuisse: *γεῦσις μὴ ἔχουσα αἴσθησιν.*

habent corpora in bilem flavam convertitur. Omnes autem fructus dulces et succulenti minorem habent calorem et siccitatem calore sacchari. At in quovis cibo et potu quo maior dulcedo est eo maior etiam calor.

Amarum maiorem habet calorem et siccitatem quam dulce, nec conducit corpora calida et sicca habentibus. Sed pituitam attenuat, eamque dissolvit et crassos humores concoquit, sitimque facit et esum multi cibi et pituitam secat et e ventriculo sordes crassas et putridas dissolvit. . . . .

. . . .

sed quae urendi facultatem habent ad gustum, veluti piper, pyrethrum et cepae et allium plurimum quoque caloris habent et corpora laedunt calida et sicca, atque exhalationibus suis capitis dolorem provocant et sanguinem attenuant. Illos autem oportet ea sumere, qui corpora habent frigida et humida et imprimis temporibus frigidis et humidis. Dissolvunt autem humorem abundantem et crassum e ventriculo atque intestinis.

Pingue temperatum habet calorem et humorem: prodest autem illis, qui siccam mistionem habent.

Adstringens vero siccum est et frigidum et utile ca-

---

1) Haec delenda sunt.

2) h. l. insignis lacuna est: nam quae sequuntur τὰ δὲ ἔχοντα κ. τ. λ. ad finem loci περὶ δριμείας γεύσεως pertinent, ita ut integer ille de salso gustu deficiat et pars eius, qui est de acri.

ται εἰς χολὴν ξανθήν· πᾶσα δὲ ὑγρὰ ὀπώρα καὶ γλυκεῖα ἔχει ἐλαττοτέραν θερμότητα καὶ ξηρότητα παρὰ τὴν θερμότητα τοῦ σάκχαρος. πᾶσα δὲ βρῶσις καὶ πόσις ὅσον πλεονάζει εἰς αὐτὰς ἡ γλυκύτης, τοσοῦτον πλεονάζει καὶ ἡ θερμότης.

Τὸ δὲ πικρὸν κέκτηται πλειοτέραν θερμότητα καὶ ξηρότητα τοῦ γλυκέος καὶ οὐχ ἁρμόζει τοῖς τὰ σώματα ἔχουσι θερμὰ καὶ ξηρά. λεπτύνει δὲ τὸ φλέγμα καὶ διαλύει αὐτὸ, καὶ πεπαίνει τοὺς παχεῖς χυμοὺς, [1] καὶ ἁρμόζει τοῖς τὰ σώματα ἔχουσι θερμὰ καὶ ξηρά, ποιεῖ δὲ δίψαν καὶ πολυφαγίαν καὶ τέμνει τὸ φλέγμα καὶ διαλύει ἐκ τοῦ ϛομάχου τὰ παχέα περιττώματα καὶ σεσηπότα [2] . . . .

. . . .

τὰ δὲ ἔχοντα ἐκκαυϛικὴν δύναμιν εἰς γεῦσιν αὐτῶν, οἷον τὸ πέπερι, τὸ πύρεθρον, καὶ τὰ κρόμμυα, καὶ τὰ σκόροδα, κέκτηνται καὶ αὐτὰ πλείϛην θερμασίαν, καὶ βλάπτουσι τὰ θερμὰ καὶ ξηρὰ σώματα καὶ γεννῶσι κεφαλαλγίαν ἐκ τῶν ἀναθυμιάσεων αὐτῶν, καὶ λεπτυνουσι τὸ αἷμα. χρὴ δὲ λαμβάνειν αὐτὰ τοῖς τὰ σώματα ἔχουσι καὶ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ, καὶ μάλιϛα τοὺς καιροὺς τοὺς ψυχροὺς καὶ ὑγρούς· διαλύουσι δὲ τὴν ὑγρότητα καὶ παχύτητα ἐκ τοῦ ϛομάχου καὶ ἐκ τῶν ἐντέρων.

Τὸ δὲ λιπαρὸν ἔχει σύμμετρον θερμότητα καὶ ὑγρότητα· ἁρμόζει δὲ τοῖς τὴν κρᾶσιν ἔχουσι ξηράν.

Τὸ δὲ [3] ϛύφον ὑπάρχει ξηρὸν καὶ ψυχρὸν καὶ ἐϛιν

---

3) MS. δριμύ. Plura sunt, quae me ad hoc emendandum impulerunt: primo initio capitis post γεῦσιν λιπαρὰν enumerat τὴν ϛυπτικήν; tum verba infra obvia τὰ δὲ ἐλαττοτέραν τὴν ϛυφότητα ἔχοντα indicant h. l. de adstringentibus sermonem esse; de aliis esse non posse;

lidam nimis mistionem habentibus: corroborat autem ventriculum, illumque ad ciborum appetitum impellit, eiusque dolorem sedat, et actionem adauget, et sitim restinguit. Id autem illis noxium est, qui mistione et corpore frigidi sunt: nervos enim debilitat eosque laedit.

Acetum autem propter siccitatem, quam fert eius natura, iis prodest, qui mistionem habent frigidam et humidam, nocet contra corpora sicca habentibus. — Conveniunt adstringentia illis, qui nervos ventriculi multo humore turgidos habent, et in intestinorum morbis prosunt. At quae minus adstringunt veluti cydonia et pira et mala et quaecumque his similia, modicam possident facultatem et vim corroborandi stomachum et ventrem et iecur, et citandi ciborum appetitum. — Verum ante cibum sumta alvum intercludunt et post cibum sumta alvum ducunt.

Gustus autem sensu carens, quorsum referendum album ovi, psyllium et quaecumque his similia, humida sunt et frigida et cito in humorem abeunt: conveniunt autem iis, qui corporis mixtione calidi sunt et sicci.

---

denique *τὸ δριμύ* ab antiquorum nemine frigidum habitum fuit, sed contra calidissimum, adeo ut *τὸ δριμύτατον* adurere dicatur, quae tangat.

1) MS. *ἐν δυνάμει*: infra iterum *ἐνδυναμεῖ*. — Forma certe rarior: vulgo *ἐνδυναμόω*. In Steph. *Thes. Lond.*: »*ἐνδυναμέω*. Schleusner *Lex.* V. T. Glossae *ἐνδυναμοῦμαι praevaleo.*" At hoc utrum a forma in — *έω* an vero ab altera in — *όω* incertum. Mox *ἀδυνατοῖ* transitive. In Lexx. *ἀδυνατεῖν*, idque intransitive.

2) Locum ita legendum existimo: *τὸ δὲ ὄξος διὰ τὴν φυσικὴν ξηρότητα τούτοις ὠφέλιμον*, (vel *τούτους ὠφελεῖ*,)

ἐπιτήδειον τοῖς τὴν κρᾶσιν θερμοτέραν ἔχουσιν· [1] ἐνδυναμεῖ δὲ τὸν ςόμαχον καὶ ἄγει αὐτὸν εἰς ὄρεξιν, καὶ παύει τὸν πόνον αὐτοῦ, καὶ ἐνδυναμεῖ τὴν αὐτοῦ ἐνέργειαν, καὶ καταπραΰνει τὴν δίψαν. ἔςι δὲ τὸ τοιοῦτον βλαβερὸν τοῖς τὴν κρᾶσιν καὶ τὰ σώματα ἔχουσι ψυχρὰ, ἀδυνατοῖ δὲ τὰ νεῦρα καὶ βλάπτει αὐτά.

[2] Τὸ δὲ ὄξος διὰ τὴν φυσικὴν ξηρότητα, ἣν κέκτηνται κρᾶσιν ψυχρὰν καὶ ὑγράν. βλαβερὰ δὲ ὑπάρχουσι τοῖς τὰ σώματα ἔχουσι ξηρά. ἁρμόζουσι δὲ τοῖς τὰ νεῦρα τοῦ ςομάχου ἔχουσι χαῦνα ἐκ πολλῆς ὑγρότητος, καὶ ὠφελοῦσιν ἐν τοῖς κοιλιακοῖς· τὰ δὲ ἐλαττοτέραν τὴν ςυφότητα ἔχοντα, οἷον τὰ κυδώνια καὶ τὰ ἄπια καὶ τὰ μῆλα καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια ἔχουσι σύμμετρον δύναμιν καὶ ἐνέργειαν εἰς τὸ δυναμεῖν τὸν ςόμαχον καὶ τὴν κοιλίαν καὶ τὸ ἧπαρ καὶ εἰς τὴν ὄρεξιν τοῦ βρώματος. ἐσθιόμενα δὲ πρὸ τῆς βρώσεως κωλύουσι τὴν [3] φύσιν, καὶ ἐσθιόμενα μετὰ τὴν βρῶσιν ἄγουσι τὴν φύσιν.

Ἡ δὲ γεῦσις ἡ μὴ ἔχουσα αἴσθησιν, οἷον τὰ λευκὰ τῶν ᾠῶν καὶ τὸ ψύλλιον καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια ὑπάρχουσιν, ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ καὶ μετατρέπονται ταχέως εἰς τὴν ὑγρότητα, ἁρμόζουσι δὲ τοῖς ἔχουσι τὴν κρᾶσιν τῶν σωμάτων θερμὴν καὶ ξηράν.

οἳ κέκτηνται κρᾶσιν ψυχρὰν καὶ ὑγράν, βλαβερὸν δὲ ὑπάρχει τοῖς τὰ σώματα ἔχουσι ξηρά. Quam sententiam veluti in parenthesi dici opinor, ita ut seq. ἁρμόζουσι rursum ad τὰ ςύφοντα in universum referatur.

3) Respicitur Galeni de Prota rhetore historia, quam legimus cap. 22. II. *de alim. fac.* Hinc constat τὴν φύσιν κωλύειν valere τὴν γαςέρα ἐπέχειν, quod Lexx. ignotum. Verosimiliter e φῦσαν, Hippocrati φύσην Ionice, originem duxit, ita ut temporis tractu φύσιν diverso quodammodo sensu dixerint.

Cap. II.

De alimento e seminibus et fructibus.

Triticum calore abundat et seminibus omnibus praestat: sanguinem autem gignit bonum et valde laudabilem. Hordeum vero frigoris plenum est, alimentumque ab illo minus nutrit quam quod a tritico: conducit autem natura frigidioribus. — Oryza calidum inter et frigidum intermedia est, alvum vero adstringit: sin autem cum condimento coquitur alvum facilem reddit. Hyoscyamus frigido abundat et flatum et spiritum in ventre gignit et in capite gravitatem: at cum aceto coctus alvum sistit. Cicer calorem habet, gignit autem hic quoque flatus in ventre: sed menstrua ducit et urinam multam et ad venerem impellit. Lens frigida et sicca corpus siccat et melancholico humore abundat; facit etiam visus hebetudinem et corpora refrigerat. Lupini calidi et sicci, digestu difficiles, menstrua prodire faciunt: quodsi maceratione in aqua tepida dulcia reddita sint, minus nutrimenti praebent et facilius digeruntur. Faseolus mixtionem habet calidam et humidam: flatus in ventre gignit, alvum ducit et urinam multam et menstrua, noctem in somniis turpat. Milium siccum est et corpus nutrit, alvum sistit. Panis autem e tri-

---

1) *Πλεονάζει τῇ ψυχρότητι* indicare voluit et fere emendaveris: infra tamen iterum *ὑοσκύαμος πλησιάζει*. *Πλῆσα* abunde Du Cang. adnotat: num forte hinc efficere licet *πλησιάζειν* recentioribus illis temporibus *πλεονάζειν* valuisse?

2) Mihi vel ista ad *τὸν σῖτον* referenda et pone *πάνυ καλόν*

Κεφ. β'.

Περὶ τροφῆς σπερμάτων καὶ καρπῶν.

Ὁ σῖτος πλεονάζει τῇ θερμότητι καὶ ὑπάρχει βελτιώτερος πάντων τῶν σπερμάτων, γεννᾷ δὲ αἷμα εὔχρησον καὶ πάνυ καλόν. ἡ δὲ κριθὴ [1] πλησιάζει τὴν ψυχρότητα καὶ ἔστιν ἡ τροφὴ αὐτῆς ἐλαττοτέρα τῆς τροφῆς τοῦ σίτου, [2] οὐχ ἁρμόζει δὲ τοῖς τὴν φύσιν ἔχουσι θερμοτέραν. ἡ ὄρυζα σύμμετρος (μέσον) θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ὑπάρχει δὲ κωλυτικὴ τῆς φύσεως· εἰ δὲ ἑψηθῇ μετὰ ἀρτύματος γίνεται εὔκοιλος. ὑοσκύαμος πλησιάζει τῇ ψυχρότητι καὶ τίκτει φῦσαν καὶ πνεῦμα ἐν τῇ κοιλίᾳ καὶ βάρος ἐν τῇ κεφαλῇ· ἑψηθεὶς δὲ μετὰ ὄξους κωλύει τὴν φύσιν. ἐρέβινθος ἔχει θερμότητα, γεννᾷ δὲ καὶ αὐτὸς φύσας ἐν τῇ κοιλίᾳ· ἄγει δὲ καταμήνια καὶ πληθύνει τὰ οὖρα καὶ τὴν συνουσίαν. ἡ φακῆ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, ξηραίνει τὸ σῶμα καὶ πλεονάζει μελαγχολικῷ χυμῷ. ποιεῖ δὲ καὶ ἀμβλυωπίαν καὶ ψύχει τὰ σώματα. θερμία θερμὰ καὶ ξηρὰ, δύσπεπτα, καταμηνίων ἀγωγικά. εἰ δὲ γλυκανθῶσιν ἐν ὕδατι χλιαρῷ, γεννῶσιν ἐλαφροτέραν τροφὴν καὶ [3] ἧσσον δύσπεπτον. φάσουλιν ἔχει κρᾶσιν θερμὴν καὶ ὑγράν· γεννᾷ ἀνέμους ἐν τῇ κοιλίᾳ, ἄγει τὴν φύσιν, πληθύνει τὰ οὖρα, ἄγει τὰ καταμήνια, [4] ποιεῖ ἐνυπνιασμὸν κακόν. ὁ κέγχρος ὑπάρχει ξηρὸς καὶ τρέφει τὸ σῶμα, κωλύει τὴν φύσιν. Ὁ δὲ ἄρτος ὁ γινόμενος

---

inserenda videntur, vel, ubi sedem suam apte tuebuntur, ψυχροτέραν scribendum esse.

3) Ἧσσον de coniectura supplevi, sensus enim prorsus id flagitat. Cf. Gal. *de Alim. Fac.* I. 23.

4) Conf. Sym. Sethi *de Alim. lib.* p. 140: ἰδιότητι δέ τινι ταραχώδεις ὀνείρους ποιοῦσι.

tico factus omnibus cibis praestat et melius nutrit, inprimis tamen purus, modicam quantitatem fermenti habens et salis et ad intermedium quoddam siccitatem inter et mollitiem, tritus cum pauxillo aniso et foeniculi semine et mastiche pulcherrimus est. At qui mixtionem calidam habet, is massae sesamum addat: sin autem magis humidum panem quis reddere cupit, terat cum oleo amygdalarum. Amylum frigidum est et siccum: emollit pectus et cervicem: sed cum amygdalis tritis coctum et saccharo intestinorum difficultate laborantibus prodest. Cremor hordei, qui ptisana est, prodest in febribus acutis: calorem et sitim sedat: conducit etiam in morbis thoracis.

Cap. III.

De aquae potu.

Aqua naturalem in corpore humorem servat, et distribuit nutrimentum per totum corpus et per venas: utilis est iis qui mixtione frigidi sunt et sicci, et in tempestate calidissima et aestate. Aqua autem dulcis et levis optima aquarum omnium: melior si insuper mali odoris est expers. Quinque sunt aquarum genera: aqua fontana, aqua puteana, aqua fluvialis, aqua pluvia, aqua quae in stagnis. At aqua fontana pura et dulcis hyeme calida est: aqua salsa sicca est admodum, similiter quoque aqua quae adstringit *sty-*

---

1) Compositum hoc a solo Du Cangio notatur in *ἐπισωζομένη*, ubi tamen nihil quod huc faciat; *ἐπισώζειν* h. l.

ἐκ τοῦ σίτου ὑπάρχει βελτιώτερος πάντων τῶν βρωμάτων καὶ εὐτροφώτερος· μάλιςα δὲ ὁ καθαρὸς, ὁ ἔχων σύμμετρον ζύμην καὶ ἅλας καὶ πλασσόμενος μέσον ξηρότητος καὶ ἀπαλότητος σὺν ὀλίγῳ τῷ ἀνίσῳ καὶ σπέρματος μαλάθρου καὶ μαςίχης ἐςὶ κάλλιςος· ὁ δὲ ἔχων θερμότητα κράσεως ἑνωσάτω εἰς τὸ κατάπλασμα σήσαμον· εἰ δὲ θέλει τις προσθεῖναι (ἐν) τῷ ἄρτῳ πλείονα ὑγρότητα καταπλασσέτω τῷ ἄρτῳ ἔλαιον τῶν ἀμυγδάλων· κατάςατον ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ἀπαλύνει τὸ ςῆθος καὶ τὸν τράχηλον, ἑψηθεὶς δὲ σὺν ἀμυγδάλοις τετριμμένοις καὶ σάκχαρι ὠφελεῖ δυσεντερικούς. Ὁ δὲ χυλὸς τῆς κριθῆς, (ὅ ἐστι πτισάνη) ὠφελεῖ εἰς τοὺς ὀξεῖς πυρετούς· πραΰνει δὲ τὴν θέρμην καὶ δίψαν· ὠφελεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ πάθη, τὰ γινόμενα ἐν τῷ θώρακι.

Κεφ. γ΄.

Περὶ πόσεως ὑδάτων.

Τὸ ὕδωρ φυλάττει τὴν φυσικὴν ὑγρότητα τοῦ σώματος, [1] ἐπισώζει δὲ τὴν τροφὴν εἰς ἅπαν τὸ σῶμα καὶ εἰς τὰς φλέβας· ἁρμόζει δὲ τὴν κρᾶσιν ἔχουσι θερμὴν καὶ ξηρὰν, καὶ ἐν θερμοτάτῳ τοῦ καιροῦ καὶ τοῦ θέρους· τὸ δὲ γλυκὺ ὕδωρ καὶ ἐλαφρὸν ὑπάρχει βελτιώτερον πάντων τῶν ὑδάτων· μᾶλλον δὲ τὸ μὴ ἔχον δυσωδίαν. Τὰ γένη δὲ τῶν ὑδάτων εἰσὶ πέντε· ὕδωρ πηγαῖον, ὕδωρ φρέατος, ὕδωρ [2] ποταμιαῖον. ὕδωρ ὄμβριον, ὕδωρ τὸ ἐν ταῖς λίμναις. Τὸ δὲ πηγαῖον ὕδωρ, τὸ καθαρὸν καὶ γλυκύ ἐστι τῷ χειμῶνι θερμόν. Τὸ δὲ ἁλμυρὸν ὕδωρ ὑπάρχει

---

significat, me iudici, *efficere ut quid sublime feratur, ita ut dispergi valeat.* Fort. leg. *ἐπισάζει.*

2) Forma *ποταμιαῖον* ignota lexicis.

ptica: aqua calida pota ante cibum pituitam dissolvit et sordes residuas attenuat: qui dulci aqua lavatur corporis mixtionem corrigit: aqua aeris plena siccat impetiginem multum humoris habentem et corporibus crassis et humidis prodest.

Cap. IV.

De vini potu.

Vinum quod fit ex uva matura et dulci valde calidum est, et vinum ex uva maturescente necdum dulci minorem calorem habet: minus calidum quoque ipsum vinum album. Rubrum vinum crassum est propter substantiam terrenam abundantem in nigra uva ob adstringendi vim, quae in illo inest. Vinum auri colorem referens et acerbum, modice dulce et adstringens, calidius est quovis alio vino: eiusmodi vinum convenit senibus et mixtione frigidis; iis vero qui calidioris mixtionis sunt non convenit; sed hominibus exhaustis labore conducit vinum nigrum et austerum et dulce, et novum quidem vinum magis nutrit, et sanguinis copiam facit. Vinum stomachum calefacit

---

3) MS. *λυομένοις*: dedi quod sensus loci postulare videtur. *Γλυκός* notatur a Du Cangio. — Mira dictio *τὸ χαλκὸν ὕδωρ* etiamsi *χαλκός* adiectivum esset: suspicor *χαλκὸν ἔχον* scriptum fuisse.

2) Dubium non est, quin inter *γινόμενος* et *ὑπάρχει* vocabula interciderint, forte *ἐκ τῆς περκαζούσης καὶ ὀξιζούσης ςαφυλῆς* scriptum fuit.

κατάξηρον πάνυ· ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ϛυπτικὸν ὕδωρ. Τὸ δὲ θερμὸν ὕδωρ πινόμενον πρὸ τῆς βρώσεως διαλύει τὰ φλέγματα καὶ λεπτύνει τὰ περιττώματα· ὁ δὲ [1] λουόμενος τοῖς γλυκοῖς ὕδασι εὐθετεῖ τὴν κρᾶσιν τοῦ σώματος· τὸ δὲ χαλκὸν ὕδωρ ξηραίνει τὴν ψώραν τὴν ἔχουσαν πολλὴν ὑγρότητα καὶ ὠφελεῖ τὰ παχέα καὶ ὑγρὰ τῶν σωμάτων.

Κεφ. δ'.

Περὶ οἰνοποσίας.

Οἶνος ὁ γινόμενος ἐκ τῆς πεπανθείσης ϛαφυλῆς καὶ γλυκανθείσης πάνυ ὑπάρχει θερμὸς καὶ ὁ οἶνος ὁ [2] γινόμενος — ὑπάρχει λεπτότερος τῇ θερμότητι· ὁ δὲ λευκὸς οἶνος καὶ αὐτὸς ἔχει ἐλαττοτέραν τὴν θέρμην. ὁ δὲ ἐρυθρὸς οἶνος ὑπάρχει παχὺς διὰ τὸ πλεονάζειν τὴν γεώδη οὐσίαν εἰς τὴν μέλαιναν ϛαφυλὴν διὰ τὴν ϛυφότητα, ἣν κέκτηται. ὁ δὲ χρυσοειδὴς οἶνος καὶ αὐϛηρίζων, σύμμετρος γλυκύτητος καὶ ϛυφότητος, ὑπάρχει θερμότερος παντὸς οἴνου· ἁρμόζει δὲ ὁ τοιοῦτος οἶνος τοῖς γέρουσι καὶ τοῖς τὴν κρᾶσιν ἔχουσι ψυχράν· οἱ δὲ κεκτημένοι θερμοτέραν κρᾶσιν, [3] οὐχ ἁρμόζει αὐτοῖς· τοῖς δὲ κεκοπιακόσιν ἀνθρώποις ἁρμόζει οἶνος ὁ [4] μελίας καὶ ϛυφίζων καὶ γλυκὺς καὶ ὁ μὲν νέος οἶνος εὐτροφώτερός ἐϛι, γεννᾷ δὲ πλῆθος αἵματος. Ὁ δὲ οἶνος θερμαίνει τὸν ϛό-

---

3) Negatio in MS. omissa: facile patet addendam esse.

4) *Μελίας* notatu dignum. *Μελίας σῖτος* in *Thes.* STEPH. adfertur e THEOPHR. — Pro quo SCHNEID. *Μελίλωτος* dedit cf. adn. ad *Hist. pl.* VII. 15. 3. — Hoc igitur huc nihil. — *Οἶνος μέλας καὶ αὐϛηρὸς* inde ab Hipp. apud medicos frequens. — Itaque *μελίας* h. l. *niger* mihi.

et residuas a digestione sordes attenuat, et calidum innatum incendit, et multum sanguinis facit. Sin autem nimis copiose vinum bibitur et ebrietas est continua valde laedit corporis partes, veluti iecur, cerebrum, nervos, et tremorem facit per totum corpus et oris ventriculi morsum et digestio quominus fiat impedit et oculos resolvit et totum corpus: vinum autem ex uvis passis quod bibitur bonum est et maiorem calorem habet et iis convenit qui magis nutriri debent. At vinum e melle paratum plus habet calidi et sicci quam quodvis aliud vinum et mixtione frigidis ac humidis prodest et ad tempestates et loca frigida. Detergit stomachum et purgat crassis et pituitosis residuis, et cibus ut alat efficit et bonum facit colorem faciei. Sunt autem, qui melli, dum paratur, aromata calefacientia addant.

Cap. V.

Quae bonis succi sunt.

Optimi succi alimenrorum fere omnium est lac optimum et imprimis quod a bene habentibus animalibus provenit, potum simulac mulctum est. Sumere autem id oportet ante quemvis alium cibum et potum,

---

1) Legitur in MS. *εἰ δὲ εἰς πλῆθος πόσις* et *οἱ συνεχεῖς μέθη.*

2) MS. *παροῖ.*

μαχον καὶ λεπτύνει τὰ περιττώματα καὶ ἀναζωπυρεῖ τὸ ἔμφυτον θερμὸν, καὶ ποιεῖ αἷμα πολύ. [1] ἡ δὲ εἰς πλῆθος πόσις τοῦ οἴνου καὶ [1] ἡ συνεχὴς μέθη πάνυ βλάπτει τὰ μόρια τοῦ σώματος, οἷον τὸ ἧπαρ, τὸν ἐγκέφαλον καὶ τὰ νεῦρα καὶ ποιεῖ τρόμον εἰς τὸ σῶμα ἅπαν καὶ ποιεῖ καρδιωγμὸν καὶ ἀπεψίας καὶ [2] παρεῖ τα ὄμματα καὶ παράλυσιν ἐργάζεται τοῦ παντὸς ὁ οἶνος· ὁ δὲ οἶνος ὁ πινόμενος ἐκ τῶν ϛαφίδων ὑπάρχει καλός, καὶ ἔχει πλειοτέραν θέρμην καὶ ἁρμόζει τοῖς χρήζουσιν πολυσαρκίαν. Ὁ δὲ οἶνος ὁ σκευασθεὶς ἐκ τοῦ μέλιτος κέκτηται πλειοτέραν θέρμην καὶ ξηρότητα [3] ὑπὲρ πάντα οἶνον καὶ ὠφελεῖ τοὺς τὰς κράσεις ἔχοντας ψυχρὰς καὶ ὑγρὰς, καὶ εἰς τὴν ψυχρότητα καιρῶν καὶ τόπων. ἔϛι δὲ ῥυπτικὸς καὶ καθαρτικὸς ϛομάχου εἰς τὰ παχέα περιττώματα καὶ φλεγματώδη, καὶ χωνεύει τὴν βρῶσιν καὶ ποιεῖ εὔχροιαν εἰς τὸ πρόσωπον. εἰσὶ δέ τινες μιγνύοντες εἰς τὴν σκευασίαν τοῦ μέλιτος ἀρώματα θερμά. (καὶ ποιεῖ πλειοτέραν θέρμην ὑπὲρ πάντα οἶνον καὶ ὠφελεῖ τοῖς τὰ σώματα ἔχουσι ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ, καὶ εἰς τοὺς ψυχροὺς καιροὺς καὶ τόπους).

Κεφ. ε΄.

[4] Ὅσα εὔχυμα.

Εὐχυμότατόν ἐϛι τὸ ἄριϛον γάλα σχεδὸν ἁπάντων, καὶ μάλιϛα το τῶν εὐεκτούντων ζώων, ὅταν ἀμελχθῇ πινόμενον εὐθέως. προλαμβάνειν δὲ τοῦτο χρὴ πρὸ παντὸς σιτίου καὶ ποτοῦ, καὶ μηδὲν ἕτερον μετ᾽ αὐτοῦ συνεσθίειν

---

3) Ὑπὲρ h. l. in MS. deficit: ex iis, quae uncinis inclusimus, repetivimus.

4) Inscriptio in MS. deficit.

